Ita hic annus terminatus est, quo Franci Hierosolymam omnemque Palaestinam, si Askalonem exceperis, tenuerunt. Intra Syriae fines Jaffam, Arsufum, Caesaream, Kifam, Tiberiadem, Jordanem (El Arden), Laodiceam et Antiochiam possederunt. Praeterea occupaverunt in Mesopotamia et Edessam et Serudjum. Eodem temporis momento Raimundus in urbe Tripoleos Fakhr el Mulk ibn A'mmâr obsessum tenuit; dum hic classem ad Francorum terras ubicumque sitas devastandas misit. Tum annus CCCCXCVII (qui die 4 Oct. A. C. 1103 coepit) subsecutus est, quo Franci, Edessa profecti, Raccam et Arcem Djaberi devastabant et has regiones omnino populabantur. Haec duo loca Salimo ben Melik Bedrân ben Mukallid a tempore inde fuerant, quo Melikschah Sultanus ea anno CCCCLXXIX (qui die 17 April A. C. 1086 coepit) expugnaverat; id quod jam antea commemoravimus.

Djubaili et Accae occupatio per Francos.

Anno CCCCXCVII naves e terra Francorum appulerunt, quibus magnus numerus vectus erat et nautarum et peregrinantium. Opem eorum quum Raimundus implorasset, ut ita adjutus obsidione plus premeret Tripolim, hi aliquamdiu eam obsederunt, donec taedio capti, urbe relicta, Djubailam castra moverent et eam deditione facta in suam redigerent potestatem. Sed mala fide agentes urbem captam foedissime devastarunt. Postea Balduinus Hierosolymae rex, auxilium ab iis petiit, quo Accam obsideret, quam, morem ei gerentes, terra marique corona cinxerunt. Urbi tum Zahr el daula Djujuschensis, nomine Afdhali imperatoris exercituum et Aegypti Veziri, praefuit, qui dum vires ei sufficiebant, hostibus fortiter restitit. Sed quum mox Damaskum fugeret, Franci urbem vi captam ense igneque crudeliter diripuerunt.

Bellum Emirorum e gente Seldjukidica contra Francos in Mesopotamia gestum.

Ea aetate qua Franci littora Syriae occupabant, discordiae et bella Muslimos se inter distinuerunt, quibus adjuti illi potentes et auctoritate pollentes facti sunt. Harrân et Emessa tum temporis Keradjae, servo quondam Melikschahi, erant; Mausula autem Djekermiso, et Hisn Kifa Sûkmano filio Urtuki erat subjecta. Praefectus Keradjae rebellionem contra dominum quum moliretur Harrani, Djaulium servus turcicus, subito eum adortus, interfecit. Haec res apud Francos cupiditatem urbis capiendae excitavit, eamque igitur obsederunt. Sukman et Djekermis, quamvis inter eos discordia bellumque regnarent, tamen, ut viribus conjunctis Harrano adjuvarent, arma posuerunt et, ad Khabur fluvium copiis collectis, sacramento interposito fidem uterque sibi polliciti sunt. Sukman a subditis suis Turcomanis septem millia, Djekermis vero tria millia subditorum, qui Turcae, Arabes Curdique erant, huc secum duxit. Franci, Harrano profecti, contra eos acie instructa, proelium commiserunt. Primo Muslimi, simulata fuga, longius abierunt; sed mox substiterunt et pugna redintegrata, magnam hostium ediderunt stragem et inpedimenta eorum diripuerunt. Boëmundus vero, princeps Antiochiae et Tancredus, regionis littoralis dominus, pone montem insidias Muslimis struxerant; sed non ante apparuerunt, quam iis advenirent comites fugientes. Postquam ibi ad noctem usque omnes erant commorati, fugam capessiverunt. Muslimi, quibus haec res nuntiabatur, eos jam persecuti, foedissime ceciderunt. In hac pugna Balduinus, comes [de Burgo], Edessae princeps captus est, quem, quamquam eum Turcomanus quidam e propinquis Sukmani captivum duxerat, Djekermis tamen sibi cepit. Propterea Turcomani postularunt, ut pugnam contra

Djekermisum ejusque comites inirent; eos tamen inde abstinuit Sukman, discordiam metuens Muslimorum, et inter pugnantes mediatorem se praebuit. Quum postea castella praeteriret Francorum, hi, suos victores putantes, contra eum egressi sunt; sed, iis in fugam conjectis, loca illa expugnavit. Djekermis autem Harranum petiit, cui captae quendam e suis praefecit. Quo facto Edessam profectus, quam per dies aliquot obsessam tenuit, sed deinde castra Mausulam movit. Balduinum comitem pro triginta quinque millibus aureorum et centum et sexaginta captivis carcere liberavit.

Bellum Francorum contra Rudhvanum ben Tutuseh, Halebi dominum.

Anno CCCCXCVIII (qui die 22 Sept. A. C. 1104 coepit) Tancredus, princeps Antiochiae Francus, ad castellum Artahi quod Rudhvano, Halebi domino, erat, expugnandum profectus est. Quum incolae resistendo pares non essent, auxilium implorarunt Rudhvani, qui ad eos confestim sese conferebat. Primum quidem Franci copias contra eum eduxerunt, sed mox pacem ab eo petierunt. Quam quum maxime dissuaderet Ishabek Sebau, Emirus Seldjukida, qui post caedem domini sui Ajazi ad Rudhvanum properaverat, Franci, proelio commisso, primum in fugam se conjecerunt, deinde desperantes mortem quaesiverunt, et signis conversis et certamine redintegrato, tanta vi Muslimos sunt aggressi, ut eos fugarent fugatosque caede afficerent maxima. Muslimi, qui primo impetu castra intraverant Francorum, trucidantur; Rudhvan cum comitibus suis Halebum fugiens evadit. Sebau vero, Tughdekinum Damaski Atabekum petiit. Jam Franci obsidionem castelli summa vi inchoarunt, et postquam incolae, urbe deserta, Halebum aufugerant, id statim occuparunt.

Francorum bellum contra exercitus Aegyptiacos.

Afdhal, Aegypti Vezirus, jam anno CCCCXCVIII Ramlam exercitum duce Scheref el Ma'âli filio miserat, qui urbem, Francis devictis, tum occupavit. Postea dissensus in castris ortus est, quum disputaretur, utri victoria ésset tribuenda; nec multum abfuit, quin ad manus veniretur. Quum Franci quoque in eos impetum facerent, Scheref el Ma'âli in Aegyptum rediit. Alium igitur filium, Sena el Mulk cognominatum, ut illius locum in imperio teneret, huc ablegavit. Djemal el Mulk, qui Askaloni erat praefectus, una cum eo expeditionem fecit et uterque auxilium a Tughdekino Damaski Atabeko petierunt, qui Ishabek Sebau, Emirum Seldjukidam, iis misit. Contra eos omnes Balduinus, Hierosolymae et Accae princeps, profectus copias eduxit. In proelio utrimque commisso multi caesi sunt, in quorum numero Djemal el Mulk, Askalonis praefectus, quoque erat, qui gloriosam pro religione mortem obiit. Induciis factis, quisque in suam terram revertit. Francis plures Muslimi sese tunc conjunxerant, quorum unus erat Bekbasch ben Tutusch, qui Damaskum reliquerat iratus propterea quod Tughdekin eum regno exuisset, idque nepoti ejus Dukako commisisset. Jam cum Francis commoratus est.

Bellum Francorum contra Tughdekinum.

Fuit comes e Francorum comitibus, qui, terram Damasko ab occidente habens, urbem illam saepius grassando vexabat, copiasque ejus hostiliter adgrediebatur. Tughdekin igitur cum exercitu contra eum profectus est. Balduinum, Hierosolymae regem, qui comiti auxilio advenit, is viribus ipsius fretus, dimisit. Rege Accam regresso, Tughdekin contra Francos exiit,

et pugna commissa, eos intra castellum coëgit, quod deinceps demolitus est, ejusque saxa in vallem dejecit. Praesidium ibi relictum cepit, ceterosque incolas necavit et victor Damaskum rediit. Hebdomadis aliquot interjectis, Rakbatam, ubi nepos ex sorore Raimundi erat, profectus, urbem cepit praesidiumque morti tradidit.

Arx Apameae a Francis capta.

Hujus cladis caussae hae fuerunt. Khalef ben Mulâa'b Kelabita Emessam ceperat, eamque postea Tutuscho, sicut antea dictum est, tradiderat. Hunc Khalafum vicissitudines fortunae ita circumegerant, ut postremo in Aegyptum adveniret. In arce Apameae, quae Rudhvano, Halebi domino, erat, praefectus, sectae Rafedhitarum addictus [ideoque Khalifatui Alidico favens], seditionem fecit, et nuntium ad Vezirum Aegypti misit, qui et fidem suam ei annuntiaret et simul inde novum postularet praefectum. Khalafum ben Mulâa'b itaque, utpote qui bellum contra infideles praehaberet, ad eum miserunt. Turbas vero milites (?) ejus Apameae statim excitare coeperunt, et postquam ipse Ibn Mulâa'b urbem sibi propriam vindicaverat, malefici omnis generis circa eum sese collegerunt. Postea Sarmin in ditione Halebi sitam urbem, cujus incolae Rafedhitae erant, Franci occuparunt, et judex ejus supremus Apameam ad Ibn Mulâa'b se contulit. Heic ille deinde varias contra eum machinationes incepit. Nuntium ad Abu Taher el Saigh, unum e comitibus Rudhvani eundemque principem inter Rafedhitas sectaeque praedicatorem, misit, qui eum ad caedem Ibn Mulâa'bi, et ut castellum Rudhvano traderet, urgeret. Sed filii Ibn Mulâa'bi hanc rem experti, patrem dolos judicis supremi docuerunt. Ille vero ei accedens, astutia sua solita usus, juramento affirmavit, se falso accusari. Quod quum crederet Ibn Mulâa'b, ille denuo

Abu Taherum et Rudhvanum ursit, ut rem propositam cito perficerent. Miserunt igitur agmen Sarmini incolarum, equis armisque instructum, quod, speciem ministerii apud Ibn Mulâa'b obeundi prae se ferens, in suburbiis Apameae, dum omnia agendo essent parata, a judice collocabatur. Noctu vero judex et ii, qui ejus erant partis, milites illos in arcem ascendere fecerunt, qua occupata Ibn Mulâa'bum occiderunt. Filii fuga se eripuerunt, quorum alter Schaizaram, ubi Abu-l Hasan Ibn Munkud imperium tenebat, salvus evasit, alter in via occisus est. Quibus factis Abu Taher el Saigh advenit, credens judicem, sicut spoponderat, arcem sibi esse traditurum, id quod numquam praestare voluit; apud eum tamen commoratus est. Interim unus filiorum Ibn Mulâa'bi apud Tughdekinum Damaski, filio ejus iratus, degit, quem castello cuidam suo praeficiebat, ubi grassando rapinasque exercendo iram domini excitabat. Quum igitur a Tughdekino quaereretur, ad Francos profugit eosque ad Apameam occupandam instigavit. Hac re moti Franci, urbem obsidione cinxerunt, dum, incolis fame enecatis, eam caperent, et judicem, qui ejus erat potitus, una cum el Saigh trucidarent. Haec omnia anno CCCCXCIX (qui die 12 Septemb. A. C. 1105 coepit) gesta sunt.

Obsidio Tripoleos per Francos.

Raimundus, unus e regibus Francorum, obsidioni Tripoleos semper et continue adhaesit et, Djebela urbe, quae Salihae erat, occupata, castellum prope Tripolim exstruxit eamque acerrime obsedit. Finem rei vero non vidit. Nam mortuus est et, Hierosolymam elatus, ibi est sepultus. Rex Graecorum incolis Laodiceae imperaverat, ut Francis, Tripolim obsidentibus, commeatum navibus adveherent. Harum navium aliquot Ibn A'mmâri homines interceperunt et nautas partim occiderunt, partim

abduxerunt captivos. Ita obsidio per quinque annos continuabatur, qua re factum est, ut annona diminueretur, et, quum divites opes suas jam expendissent, omnes admodum premerentur. Anno D (qui die 1 Sept. A. C. 1106 coepit) tandem ex insula Cypro, Antiochia, Venetorumque insulis mari commeatus est advectus, quo animae labantes aliquamdiu sustinebantur. Postea quum Ibn A'mmâr cognovisset, Muhammedem ben Melikschah post fratrem Burkiarukum summam rerum suscepisse; eum, auxilium petiturus, adiit, postquam Dhu-l Menâkeb, e fratre nepotem, Tripoli praefecerat praesidiique caussas removerat donis. Hanc rem ut perficeret profectus, quum Damaskum attigisset, defectionem Tripoli fecit nepos ejus Dhu-l Menâkeb. Ibn A'mmâr interim Damaski consedit, ubi eum Tughdekin honorifice excipiebat. Deinde Baghdadum castris motis, eodem honore Muhammed Sultanus eum amplexus est. Jussit enim populum ei obviam ire, sicut in festo fieri solet, et auxilium etiam dare ei promisit. Quum Baghdadum relinqueret, eum Nahrevani apud se recepit et Huscino ben Atabek Kutleftekin Emiro imperavit, ut eum prosequeretur et exercitui, quem duce Maududo Emiro Mausulam contra Djaulium Sekavavum miserat, adjungeret, et pace cum Djaulio, sicut imperaverat, composita, cum Ibn A'mmâro faceret iter; quas res antea, in horum historia exponenda, narravimus. Deinde proelium accidit inter Muhammedem Sultanum et Sadakam ben Mezid; pax vero mox restituta est. Muhammedi jam Ibn A'mmâr valedixit, postquam eum Sultanus veste induerat honorifica, comitemque itineris ei dederat Huscinum Emirum. Rem vero propositam, exercitum Mausulensem accipere, propter discordiam Maududi et discessum, non consecutus est. Damaskum igitur rediit Fakhr el Mulk Ibn A'mmâr mense Muharremi anno DII (qui die 10 Aug. A. C. 1108 coepit), unde Hamatam profectus est eamque occupavit. Dum haec

gerebantur, incolae Tripoleos ad Afdhalum, summum exercituum Aegypti ducem, miserunt, qui et opem ejus implorarent et virum ab eo sibi praeficiendum peterent. Misit itaque Scheref el daulam Ibn Abi-l Tajib, cum commeatus et armorum subsidiis et instrumentis obsidioni necessariis, qui, thesauris Ibn A'mmâri arreptis et magno incolarum numero in vincula conjecto, haec omnia in Aegyptum mari transtulit.

Narratio eorum, quae inter Comitem, Edessae principem, Djaulium et Antiochiae principem evenerunt.

Djauli Mausulam e manibus comitum Djekermisi arripuerat. Quum vero pactum non solveret, [Muhammed] Sultanus Maududum cum copiis contra eum misit. Djauli tunc Mausulam reliquit, Balduinum Comitem, Edessae principem, secum abducens, quem, a Sukmano captum, Djekermis ejusque comites ei eripuerant. Eum postea Djauli anno DIII (qui die 30 Julii A. C. 1109 coepit), postquam quinque annos in vinculis egerat, ea conditione in libertatem remisit, ut pecuniae vim certam, quam Djauli definiret, sibi praestaret, et captivos Muslimos, qui apud eum detinerentur, redderet; insuper etiam sponderet, se, tamdiu Djaulio ejus auxilio opus esset, ipsum cum exercitu et opibus ei opem esse laturum. Quod pactum quum inter utrumque esset conventum, Comitem ad arcem Djaberi apud Salem ben Melik custodiendum misit, donec huc ei adveniret Joscelinus, avunculi filius, Tel Bascheri princeps, qui obsidem ejus fidei se daret. Hunc postea libertati restituit Djauli, quum pro eo Comitem, fratrem uxoris illius, obsidem darent. Joscelinus Mambedjum adveniens, eam adgressus est et diripuit. Quam ob caussam comites Djaulii eum perfidiae accusarunt; sed ille se excusaturus, "haec urbs," inquit, "vobis non est." Balduinus Comes liber jam factus

Antiochiam contendit, ut Edessam, quam Tancredus sub sua captivitate occupaverat, sibi reddendam postularet. Ille vero id non fecit; sed triginta millia aureorum ei pependit. Balduinus ad Tel Bascher [occupandam] jam profectus est; ubi ei accessit frater Joscelinus, quem apud Djaulium obsidem reliquerat. Tancredus, Antiochiae princeps, bellum contra ambos parans, ut eos, antequam res eorum nimis validae essent, successu quodam aggrederetur, copias jam suas eduxit. A Djaulio adjuti pugnam cum eo commiserunt. [Tancredus] jam Antiochiam revertit. Comes centum et sexaginta captivos Muslimos libertate donavit. Deinde Comes Balduinus et Joscelinus frater ejus profecti, castella Antiochiae aggressi sunt. Qua in expeditione a domino Ra'bani, Kisumi aliarumque arcium, quae Halebo a septentrione jacent, adjuvabantur. Hic, gente Armenus, millia equitum et bis mille pedites iis auxilio secum ducebat. Tancredus contra eos cum exercitu exiit, et ab utraque parte acies est instructa; Turca vero eos paci inclinavit, quae, eo auctore, ita confirmabatur, ut Tancredus Edessam Balduino domino ejus redderet, postquam magnus patriciorum et episcoporum numerus testimonium ei dederant, quod Boëmundus, Tancredi avunculus, quum in patriam rediret, huic imperaverat, ut Edessam domino ejus, quando e captivitate esset liberatus, rite restitueret. Tancredus igitur mense Sefer anni DIII urbem comiti reddidit. Comes etiam omnia, quae is et Djauli stipulati erant, praestitit. Djauli postea in Syriam profectus est, eam expugnaturus, ibique, ut jam ante in ejus historia narravimus, per regiones diversas migravit. Litteras tum dedit Rudhvan, Halebi dominus, ad Tancredum Antiochiae dominum, quibus eum moneret, ut caveret Djaulium, et simul ab eo contra hunc auxilium quaereret. Cui rogationi quum assentiret Tancredus, Antiochia exercitum eduxit, et Rudhvan quoque contra Djaulium

profectus est. Djaulio, qui auxilium a Comite, Edessae principe, petierat, hic ipse se ad Mambedjum conjunxit. Huc fama Djaulio perlata est de victoria Sultanici exercitûs, qui urbem ejus Mausulam una cum omnibus thesauris, qui ibi asservabantur, occupasset. Quibus auditis multi comites eum deseruerunt, in quorum numero erat Zenki ben Aksunkor. Djauli ad Tel Bascher castra posuit, ubi, pugna contra Tancredum commissa, acriter pugnatum est. Antiocheni quidem heic firmi manserunt et constantes, exercitus autem Djaulii discors mox fugatus est, et Franci castra ejus et impedimenta expilarunt. Balduinus Comes et Joscelinus Tel Bascherum salvi evaserunt.

Proelia inter Francos et Tughdekinum.

Anno DII Tughdekin Tiberiadem erat profectus. Contra eum nepos ex sorore Balduini regis Hierosolymae aciem instruxit. Primo certamine Muslimici in fugam sunt conjecti; sed denuo pugnam redintegrantes, desperantium modo pugnaverunt, et nepotem regis captivum abduxerunt, quem manu propria occidit Tughdekin, postquam ille pro libertate sua triginta millia aureorum et quingentos captivos obtulerat; sed nil nisi conversionem ad Islamismum aut mortem Tughdekin accipere voluit. Deinde induciae inter Tughdekinum et Balduinum in quatuor annos factae sunt. Hisn Arka, quae in ditione Tripoleos sita est, servo cuidam Ibn A'mmâri obtigerat, qui contra dominum rebellionem fecit. Quum commeatus ei deficeret, et Franci in has regiones grassarentur, ad Tughdekinum igitur Damaski dominum misit, ut ei significaret, se imperio ejus se esse subjecturum. Qua re commotus ille Israëlem, unum e comitibus suis, delegavit, qui arcem occuparet. Israël, quum primo servum Ibn A'mmâri ex arce depulisset, eum in tumultu sagitta occidit, metuens, ne Atabekum occupationem ar-

cis per se factam edoceret. Tughdekin ipse, res arcis melius cognitnrus, eo profectus est. Sed a nive cadente arcebatur, donec ea solveretur et evanesceret. Tum vero cum quatuor millibus equitum iter suscepit et plura expugnavit Francorum castella, quorum unum erat Hisn el Akma. Serdani [Guilielmus a Cerdagne] Francus, obsidione Tripoleos occupatus, contra Tughdekinum signa intulit; hic vero ejusque milites, quum ille propius accederet, Emessam fuga effusa contenderunt. Guilielmus autem Hisn Arkam per deditionem cepit. Tughdekino, Damaskum reverso, Balduinus, mense Scha'bani anno DII, Hierosolyma legatum misit, qui pacem ulterius continuandam peteret.

Quomodo Franci Tripoli, Beryto, Sidone, Djubeilo et Paneade potiuntur.

Tripoli, quae e potestate Ibn A'mmâri ad Aegypti dominum venerat, hic nomine suo praefectum praefecerat, et Franci, duce Guilielmo a Cerdagne, nepote Raimundi de S° Aegidio, eam obsederunt. Anno DIII mense Scha'bani, Raimundus Comes, filius Sandjili (non illius Sandjili primi, sed alius comitis) classe numerosa, militibus, armis commeatuque bene instructa, huc advenit. Quem inter et Guilielmum discordia exorta, proelium commissum est, in quo Guilielmo Tancredus Antiochiae princeps auxilio veniebat. Sed Balduinus Hierosolymae rex veniens, inter pugnantes pacem restituit. Jam viribus conjunctis omnes omni vi Tripolim cinxerunt obsidione, et turribus contra eam erectis, urbem acerrime aggressi sunt. Nutrimenta insuper incolis defuerunt, ob retardatam classem Aegyptiacam, quae commeatum afferre solebat. Obsidentes tandem mense Dhi-l Hadja ad urbem turribus tentandam processerunt. Quam vi captam diripuerunt et ibi foedam perpetrarunt cae-

dem. Urbis praefectus jam aliquot diebus ante in fidem se receperat Francorum, et Damaskum abierat. Postquam Franci res Tripolitanas ita confecerant, Tancredus princeps Antiochenus, Pancadem castris motis, corona eam cinxit et per deditionem occupavit. Tum urbem Djubeil, ubi erat Fakhr el Mulk ibn A'mmâr, obsedit; incolae vero fidei Tancredi sese dederunt, et, urbe occupata, Ibn A'mmâr Schaizaram contendit, ubi apud principem ejus, Ibn A'li ben Munkud Kenanensem Sultanum, venit habitatum. Inde postea Damaskum profectum, eum Tughdekin honorifice excepit et mense Muharremi anni DIV (qui die 19 Julii A. C. 1110 coepit) Sebdania, intra ditionem Damaski sita, donavit. Octo diebus post Tripolim captam classis tandem advenit Aegyptiaca, commeatum apportans, et ad littus Tyri ancoram jecit. In hac regione per urbes Tyri, Sidonis et Beryti morbi propagabantur. Franci mense Rebi' secundo anni DIV Sidonem occuparunt. Cujus successûs haec fuerat occasio. Classis sexaginta navium, viris et thesauris onusta, Francis advenit. Unus e regibus eorum, qui et sacram peracturus esset peregrinationem simulque bellum gesturus, ibi quoque inerat. Balduino hic sese conjunxit et uterque Sidonem terra marique obsederunt. Classis Aegyptiaca, quamvis impetui esset parata, impar tamen certamini contra eos incundo fuit. Postea hostes ad muros, turribus ligneis bene tectis [s. latis] admotis processerunt. Animi obsessorum jam ceciderunt, quia metuebant, ne eadem quae Berytensibus evenerant, ipsis quoque acciderent. Qua de caussa permoti, securitatem a Francis rogarunt; quam hi mense Djumada priori iis concesserunt. Quadraginta diebus post obsidionis initium incolae Damaskum commigrarunt. Magna tamen eorum pars, sub fide securitatis data, in urbe remanserunt. Balduinus rex Hierosolymam revertit.

Aegyptii Askalonem occupant.

Askalon Khalifis e gente A'lii, in Aegypto imperantibus, paruit, quorum inter exercitus et Francos propter hanc urbem certamina a nobis jam antea sunt commemorata. Ultimus, qui contra hos fortiter pugnaverat, fuit Djemal el Mulk praefectus urbis, qui, ut ante dictum est, mortem etiam occubuit. Deinde Schems el Khilafam urbi praefecerunt, cui Balduinus, rex Hierosolymae, dona mittebat, ut a vi Khalifae Aegyptiaci et violentia per eum se defenderet. Qua re permotus Afdhal filius Emiri el Djujusch anno DIV ducem e suis cum exercitu misit, qui aperte bellum sacrum prae se ferret; clam vero illi demandaverat, ut, Schems el Khilafae, in vincula conjecti, locum ipse Askalone occuparet. Sed Schems el Khilafa, rem expertus, se ad rebellionem paravit. Afdhal metuens, ne urbem Francis ille traderet, litteris ad eum missis, praefecturam ejus confirmavit. Quum postea Schems el Khilafa, militibus Askalonis praeteritis, multos homines, e regione illa oriundos, ministros sibi appropinquasset, et urbis incolae metum inde concepissent; hi eum aggressi occiderunt, et ad Emirum Aegypti dominum et Afdhalum, qui summam ibi rerum tenebat, obedientiam polliciturі miserunt. Aegyptiorum igitur nomine praefectus advenit, per quem res eorum in ordinem redigebantur.

Quomodo Franci castellum Sareptae aliaque loca expugnarunt.

Postea Tancredus, Antiochiae princeps, exercitum contraxit; quo collecto ad castellum Sareptae, tres parasangas Halebo dissitum, profectus est et id, obsidione aliquamdiu facta, vi cepit, ejusque incolas partim occidit partim abduxit captivos. Ad castellum Serdanae tum contendit, ubi eadem edebat faci-

nora. Populus Membedji et Balesi oppida sua jam deseruerunt. Francorum exercitus tum Sidonem castra movit, qua etiam, deditione facta, potiebantur. Ob tantum Francorum in Syria occupanda successum metus nunc animos invasit Muslimorum, qui, periculo imminente commoti, de induciis impetrandis ad eos legatos miserunt. Nulla vero alia conditione, nisi Muslimi tributum sibi penderent, eas Franci concesserunt. Tum pacem cum illis hi ita composuerunt, ut Rudhvan, Halebi princeps, triginta millia aureorum et praeterea magnum equorum vestiumque numerum; Tyri dominus, septies mille aureos; Ibn Munkud, Scheizeri dominus, quatuor millia, et A'li Curdus, Hamatae dominus, duo millia penderet. Ut hae induciae ad tempus sationis durarent, conventum est. Postea naves Francorum Aegyptiacas offenderunt, et, iis captis, nautas abduxerunt captivos. Magna Halebensium turba interim Baghdadum fugiens sese recepit. Quibus, quum urbem, ejus opem imploraturi, intrassent, multi fakihi et homines infimae conditionis se conjungebant, et, ipso veneris die ad templum Sultani confluentes, strepitu suo a precibus peragendis homines impediebant et ipsum frangebant suggestum. Tum Sultanus iis pollicitus est, se exercitum infideles aggrediendi caussa esse missurum, et suggestum alium e Khalifae palatio in templum portandum curavit. Sequente vero veneris die templum palatii, quod in aedibus erat Khalifae, iidem eademque fere frequentia ac antea adierunt. Frustra turbam arcere conatus est portae custos; et, eo abacto, templum intrarunt et, cancello adyti et suggesto confractis, inulti abierunt. Khalifa a Sultano jam petiit, ut hanc rem componeret. Quare hic Emiris imperavit, ut bello contra infideles gerendo sese pararent, filiumque Regem Mes'ud una cum Maududo Emiro eodemque Mausulae principe misit,

quibus Emiri Seldjukidarum ceteri se conjungerent et conjuncti omnes contra Francos proficiscerentur.

Expeditio Emirorum Seldjukidarum ad Francos debellandos.

Quum Mes'ud Sultani filius Mausulam, comite Maududo, proficisceretur, hi Emiri: Sukman Kotbi, Dijar Becri dominus, Iltegi et Zenki, ambo Bursaki filii iidemque Hamedani reguli, Ahmed Bek, Meraghae princeps, Abu-l Heidja, Arbelae dominus, et Ajaz ben Ilghazi, quem miserat pater Maredini princeps, iis sese conjunxerunt, et omnes deinde Sendjârum profecti, multa castella, quae erant Francis, expugnarunt. Tum Edessam castris motis, urbem obsederunt. Quibus auditis Franci ad Euphratem convenerunt; sed utraque pars a proelio sese retinuit. Postea Muslimi Harranum fuga simulata retro cesserunt, ut forte ita propius allicerent hostes, quo Euphratem transirent. Interea, dum aberant illi, Franci Edessam progressi, eam commeatu omnis generis instruxerunt et inde abstulerunt infirmos. Euphratem jam trajecerunt, et in regiones Halebi, ut vindictam in Rudhvanum, dominum ejus, sumerent, sunt profecti. Nam is, quum Franci in Mesopotamiam transiissent, arces aliquot, quas antea intra Halebi ditionem occupaverant, iis abripuerat. Urbem igitur invaserunt et regionem populati sunt. Exercitus Sultani Edessam denuo petierunt et eam sine ullo successu obsederunt. Restitit enim urbs et copiae pedes referre coactae, Euphrate trajecto, arcem Tel Bascher, eadem adversa fortuna usae, mensem totum et dimidium obsidione presserunt. Castra postea Halebum moverunt, ubi Rudhvan iis occurrere neglexit. Heic Sukman Kotbi morbo correptus est, et dum inde proficiscebantur, Balesi est mortuus.

et cadaver ad urbem ejus vectum. Jam Sultani exercitus Ma'rram Nu'mani obsederunt et Tughdekin, Damaski princeps, huc ad Maududum procedens, apud eum consedit. Mox vero suspicionem ex iis concepit, quae secum agere Emiros videbat, et ad fraudem et dissimulationem confugiens cum Francis res agitare coepit. Deinde, ut in historia eorum jam anteà est narratum, exercitus in diversas abierunt regiones. Manserunt tantum Maudud et Tughdekin conjuncti, qui castra ad flumen el Asi [Orontem] metati sunt. Franci quidem eorum separationem maxime desiderarunt. Illi vero Apameam progressi sunt et Ibn Munkud Sultanus, Scheizeri princeps, ad Maududum et Tughdekinum exiens, eos Scheizerum introduxit et rem contra Francos agendam tamquam vilem iis exposuit. Franci, quibus mox commeatus deficere coepit, inopia coacti abierunt; abeuntes persecuti sunt Muslimi, ut eos a tergo spoliarent et carperent, donec omnino essent profligati (?).

Tyrus a Francis obsessa.

Postquam Sultani copiae separatae erant, Balduinus, rex Hierosolymae, exiit et, Francis collectis, mense Djumadae prioris anno DV (qui die 9 Julii A. C. 1111 coepit) contra urbem Tyri profectus est, quae tum temporis Aegypti domino erat ejusque praefectus Izz el Mulk — ibi imperium gerebat. Turres et machinas contra eam illi erexerunt. Quidam Tripolitani audacia insignes, qui apud obsessos aderant numero mille hominum, eligebantur, ut impetum cohiberent, donec turrim muro adhaerentem appellerent hostes; tum eam igne delerunt duasque alias nafta attactas etiam concremarunt. Ab utraque parte jam acerrime pugnabatur. Tyrii, periculo imminente moti, Tughdekini, Damaski principis opem implorarunt ea conditione, ut urbem in ejus redigerent potestatem. Quare ille,

Paneadem castris motis, octoginta equites iis misit. Sed, pugna atrociore etiam in dies facta, praefectus urbis ad Tughdekinum legatum misit, qui eum ad iter accelerandum permoveret, ne cunctando occasionem urbis capiendae plane amitteret. Hoc tempore Tughdekin in possessiones Francorum heic sitas incursiones faciebat, eosque castello intra ditionem Damaski exuerat; commeatu etiam omni eos privabat, quem jam mari transferre cogebantur. Deinde Sidonem profectus, hanc quoque urbem invasit et magna noxa affecit. Sed jam fructus maturescere coeperunt, et Franci timentes, ne Tughdekin terras eorum peteret, Tyrum deseruerunt et Accam profecti sunt. Tughdekino, quum Tyro advenisset, incolae pecunias dederunt, et tum toti erant in muris fossisque reficiendis.

Narratio eorum, quae inter Maududum et Francos gesta sunt. Caedes illius et mors Antiochiae principis.

His rebus gestis, Maudud, Mausulae princeps anno DVI (qui die Jun. 27 A. C. 1112 coepit) Serudjum profectus, in ejus confiniis circumvolitavit. Joscelinus, Tel Bascheri dominus, in pecora irruit eorum, quae a pascuis abigebat, et multos quoque milites occidit. Quibus factis rediit. Dux Armenus, qui Derub, in Ibn Leonis regno sitam, occupabat, interea mortuus est, et Tancredus, princeps Antiochiae Francus in hanc terram, eam expugnaturus, exercitum duxit. Sed in itinere morbo captus, redire coactus est, et medio anno DVI diem obiit supremum. Rogerus, nepos ex sorore, regnum post eum suscepit et res illius in ordinem sunt redactae. Deinde Emirus Maudud ben Altuntekin, Mausulae princeps, copias contraxit, et postquam exercitus erat collectus, auxilio ei venerunt Tami-

rek, Sendjâri dominus, Ejaz ben Ilghazi, Maredini dominus, et Tughdekin, dominus Damaski, qui omnes conjuncti, mense Muharremi anno DVII (qui die 17 Junii A. C. 1113 coepit) regiones intrarunt Francorum. Contra eos Balduinus, Hierosolymae rex et Joscelinus, dominus exercitus ejus (?), copias eduxerunt. Haec Muslimorum expeditio et convocatione Tughdekini, Damaski domini, et imploratione erat suscepta, propterea quod Hierosolymae dominus in regionibus Damaski grassatus erat. Copiae jam conjunctae Euphratem trajecerunt, et iter Hierosolymam versus ingredientes, ad Jordanem consederunt. Franci ex altera fluminis ripa constiterant. Medio mense Muharremi proelium heic commissum est, in quo Franci fugabantur et magna eorum pars in lacu Tiberiadis et in aquis Jordani suffocati peribant. Impedimenta a Muslimicis direpta sunt. Fugientibus copiae et Tripolitanae et Antiochenae occurrerunt, per quas quum novae vires additae essent, ad montem Tiberiadis cursum inhibuerunt. Hoc loco Muslimi eos per mensem fere totum obsiderunt; sed omni eos vincendi spe abjecta, obsidionem tandem omiserunt, et regiones Francorum, Accam inter et Hierosolymam sitas, huc illuc vagando plane populati sunt. Quum vero annona, propter longam a domiciliis distantiam, iis deficere coepisset, eo consilio ad Merdj el Safer reverterunt, ut vere ineunte hostes denuo aggrederentur. Exercitui copia se separandi data, Maudud Mausulam, ad tempus usque novae expeditionis ibi commoraturus, rediit. At fato heic functus est; nam Batenita quidam in templo eum, quum post preces solennes diei veneris inde esset exiturus, in fine mensis Rebi' prioris hujus anni, sica perfodit, et eodem die vulnere mortuus est. Cujus caedis auctorem esse Tughdekinum, suspicabantur.

Quae Bursakium inter et Francos gesta sunt.

Post caedem Maududi, Muhammed Sultanus, Mausulam, ut locum illius ibi expleret, Aksunkurum Bursakium misit, cui filium Mesu'dum regem Francos aggressurum cum exercitu adjungebat. Simul Emiros, qui suae parebant auctoritati, advenire jussit. Imad el din Zenki ben Aksunkur et Tamirek, Sendjâri dominus, statim castra sua ei conjunxerunt. Primum Djeziram ben U'mar petiit, quam e manibus praefecti Maududi eripiebat. Maredinum deinde se contulit, eamque corona tenuit cinctam, donec dominus ejus Ilghazi se ei submitteret et Ejazum filium, ei se conjuncturum, cum exercitu ablegaret. Hi omnes Edessam jam profecti, mense Dhi-l Hidjae anno DVIII (qui die 6 Junii A. C. 1114 coepit) eam obsederunt et quum septuaginta dies in obsidione urbis, quae fortissime se defendebat, frustra consumsissent, commeatûs inopia Muslimos premere coepit. Castris igitur Samosatam et Serudjum motis, in his regionibus aliquamdiu grassati sunt. Interea mortuus est Kevasil (?) Francus, Mer'aschi, Kisumi et Ra'bani dominus, cui uxor in regno successit. Ea vero, quum per Francos a successione arceretur, ad Bursakium, Edessa obsidenda occupatum, fidem ea ratione pollicitura misit, ut is auxilium sibi praeberet. Ille Khaburi dominum ad eam statim delegavit, quem, foedere submissionis pacto, ea, opibus et donis cumulatum, remisit. Franci, qui apud eam adhuc vixerant, Antiochiam redierunt.

Bellum inter Sultani exercitus et Francos.

Muhammed Sultanus jam diu a Tughdekino, Damaski domino alienatus fuerat, propter caesi Maududi suspicionem, in quam hic incurrerat. Contra illum Tughdekin jam seditionem aperte fecit, et Ilghazi Maredini dominus ei sacramentum dixit

ob ea, quae eum inter et Bursakium acciderant. Hae res non minus quam Francorum status et potestas animum Sultani magno affecerunt dolore. Exercitum, duce Emiro Bursako ben Bursak, Hamedani domino, misit, cui etiam Djujusch Bek et Emirum Kejkudrium, una cum copiis Mausulae et Mesopotamiae adjungebat. His praecepit, ut, postquam Ilghazium et Tughdekinum submisissent, Francos statim aggrederentur. Anno DVIII mense Ramadhani castra moverunt et, Euphrate ad Raccam trajecto, Halebum venerunt, ubi tum erant Lulu servus, qui post mortem Rudhvani res ibi gerebat, et Schems el Khavâss, dux exercitus, quibus litteras Sultani de urbe reddenda tradebant. Moram vero longam in respondendo trahentes, hi interea Ilghazium et Tughdekinum auxilio sibi advocarunt, qui cum duobus millibus equitum ad eos veniebant. Horum auxilio usi contra Sultani copias illi sese defenderunt. Emirus Bursak tum Hamatam, e ditione Tughdekini, impetebat eamque manu expugnabat armata, et captam tres dies diripiebat. Deinde eam Kirchano Emiro, Emessae domino, tradebat, sicut de omnibus locis expugnandis Sultanus imperaverat. Quae tamen res, Bursako indigna visa, animum ejus a Sultano abalienare incepit. Ilghazi, Tughdekin, et Schems el Khavâss Antiochiam proficiscebantur, ut auxilium Rogeri, domini ejus, ad Hamatam defendendam peterent. Sed nuntius de urbis expugnatione mox ad eos perlatus est. Antiochiam ad eos convenerunt Balduinus Hierosolymae et Tripoleos dominus aliique Francorum Satanae, qui, castris ad Apameam positis, se inter paciscebantur, ut usque ad hiemis initium Muslimis [i. e. copiis Sultanicis] adversarentur, donec ii se separarent. Sed hieme adventante, quum Muslimi adhuc manerent, Ilghazi Maredinum revertit et Franci in regiones suas quisque abierunt. Muslimici [i. e. Sultani exercitus] tum Cafertabum, quod oppidum una cum Apamea Francis erat,

impetebant, et corona cinctum, vi capiebant. Francos ibi inventos trucidabant, ipsumque loci dominum in vincula conjiciebant. Ad arcem Apameae tum profecti sunt. Quae quum difficilior captu iis videretur, Ma'arram, quae etiam Francis erat, redierunt. Heic Emir Djujuseh Bek, ab iis se separans, Vadi Buza'am abiit eamque occupavit. Denuo Halebum impetierunt copiae Sultanicae, jumentis tamen Ma'arrae relictis. Sensim igitur progrediebantur. Quum jam primum agmen ad locum quietis praevenisset, tabernaculaque erexisset, Franci ex inopinato in tentoria Muslimorum, ante exercitûs adventum, irruerunt, et omnibus, quos ibi offendebant, calonibus et mancipiis occisis, inter tentoria stantes, quemque intrantem necarunt, donec Bursak et frater ejus Zenki accurrentes, collem ibi situm adscenderent. Quum reliqui Muslimi a Francis heic cingerentur, Bursak quidem ad mortem usque pugnare constituit; praevaluit tamen fugiendi consilium fratris, et una cum comitibus se in fugam conjecit, parasangam a Francis agitatus, qui tandem a persequendo desistebant. Copiae Muslimorum fugatae in terras reverterunt suas. Halebi aliarumque Syriae urbium incolae, post hanc Muslimis illatam cladem ad Francos certatim sese receperunt. Franci Rafaniam e ditione Damaski contenderunt, eamque occuparunt, et summam in ea munienda exseruerunt operam. Tughdekino, cui erat propositum, Francorum terras devastare, nuntius de Rafania expugnata a praesidio ejus allatus est, et anno DIX (qui die 26 Maji A. C. 1115 coepit) eo accurrit. Urbe manu armata capta, Francos cecidit et captivos duxit, et, praeda potitus, Damaskum rediit. Ab hoc inde tempore Rafania non desiit in manibus manere Muslimorum, donec anno DXX (qui die 26 Jan. A. C. 1126 coepit) eam, obsidione facta, Franci occuparent.

Mors regis Francorum, et bella ab iis postea contra Muslimos gesta.

Tum mortuus est Balduinus, Francorum rex, Hierosolymae exeunte anno DXI (qui die 4 Maji A. C. 1117 coepit). Expeditionem in Aegyptum, ut hanc expugnaret regionem, susceperat, et in hoc itinere ad Tennis usque venerat. Quum heic inter natandum in Nilo vulnus ei erupisset, Hierosolymam reverti coactus, ibi mortuus est. Testamento regnum Comiti [Balduino], Edessae domino, tradiderat, eidem, quem, a Djekermiso captum, Djauli libertati restituerat. Mortuo jam aderat Comes, quia sacrae peregrinationis ad dominicae resurrectionis templum perficiendae caussa huc venerat. Tughdekin Atabek jam antea, ut bellum contra Francos gereret, exierat et castra ad Jermuk fixerat. Comes huic legatos misit, qui inducias expeterent. Sed ea sola conditione consentire voluit Tughdekin, ut Comes dimidiam regni partem inde a monte Auf ad Ghaur usque ei concederet. Comes tales conditiones non accepit et Tughdekin Tiberiadem contendit, cujus vicinitatem populatus est. Hinc Askalonem castra movit, ubi tum septem militum millia ex Aegyptiaco exercitu erant, qui Balduinum, ex Aegypto revertentem, persequebantur. Hi eum certiorem fecerunt, dominum suum jussisse, sibi sub imperio Tughdekino esse manendum. Quam ob rem postquam iis gratias egerat, Damaskum rediit, quo mox nuntiabatur, Francos Adhraatum profectos, eam devastare, quum jam castellum de ea regione expugnassent. Itaque filium Tadj el Muluk Burium, eos persecuturum, misit. In monte quodam ibi sito hic Francos obsedit, donec de vita desperantes in eum adeo gravem facerent impetum, ut Buri fugaretur. In fugientes crudeliter saevitum est; pauci tantum

reliqui Damaskum redierunt. Opem Ilghazii imploraturus Tughdekin deinde Halebum se contulit. Ille precibus annuens spopondit, se cum eo mox esse profecturum. Quum interea nuntius affertur, Francos Damaskum jam petere, Hauranumque populari et plane devastare, Tughdekin Damaskum, urbis defendendae causa, Ilghazi vero Maredinum, ut copias compararet, revertit, postquam fide data sibi invicem promiserant, se contra Francos communes hostes castra esse conjuncturos. Anno DXIII (qui die 13 April. A. C. 1119 coepit) Franci regiones Halebo vicinas invaserunt et, Buzaae potiti, urbem ipsam aggressi sunt. Halebenses vero, possessiones iis dividendo, periculum ab urbe averterunt. Ilghazi cum exercitu, qui e viginti millibus militum et spontaneorum constabat, Maredino tum exiit, eique se adjunxerant Usama ben Mubarek ben Subeil Kelabita, et Emirus Tughan Arslân ben Alptekin ben Delmadj, dominus Arzeni. Franci, ad Tel Afrin prope Sareptam profecti, heic in loco inaccesso, sicut ibi longius commorarentur, castra communiunt. Ilghazi autem, iis in jugulum involans, contra eos copias educit, castra eorum intrat, et, quum Franci, quamvis fortiter resistant, impetum sustinere non possint, caedem eorum facit atrocissimam. Rogerus, Antiochiae dominus, inter caesos erat. Septuaginta e nobilibus captivi abducebantur. Hoc praelium medio mense Rebi' hujus anni commissum est. Franci, qui e pugna evaserant, denuo collecti proelium statim redintegrarunt; sed eos etiam Ilghazi devicit et castella Sareptae et Zerdanae iis abripuit. Halebum inde profectus est, et rebus ejus in ordinem redactis, Maredinum rediit. — Alia clades Francos eodem tempore affecit. Joscelinus enim, Tel Bascheri dominus, cum ducentis Francis exierat, ut pagum, qui Tajitis, vulgo Beni Khaled nominatis, erat, opprimeret. Hos Arabes aggressus est et pecora eorum praedam abegit. Viam ad ce-

teros gentiles e tribu Beni Rebia, qui inter Damaskum et Tiberiadem habitabant, ei indicarunt. Postquam eo comites ablegaverat, ipse alia via profectus est. Sed quum a via recta aberraret, turma comitum illa ante eum ad Beni Rebia advenit, et dux horum Murr ibn Rebia eam adgressus vicit, septuagintaque occidit et tredecim captivos cepit, quos magna pecuniae vi se redimere passus est; nam numerum metuit captivorum. Hanc rem in itinere accepit Joscelinus, qui igitur Tripolim rediit et novis copiis collectis Askalonem adortus est. Muslimi vero eum fugarunt, ut caesus domum rediret.

Quomodo Edessa e potestate eripitur Francorum.

Balak filius Behrami, fratris Ilghazii, hoc tempore Edessam profectus est; quam quum aliquamdiu frustra obsedisset, rebus infectis reliquit. Nuntius ei adfertur, Joscelinum, Edessae et Serudji dominum, ei obviam iturum, esse profectum. Comites vero Balaki, quum Franci venerunt, pabulandi caussa se ab illo separaverant. Deus interea Francos in terram salsugine et luto laborantem deduxit, ubi equi in coeno molli subsederunt. Hinc factum est, ut ne unus quidem eorum salvus evaderet ipseque Joscelinus caperetur, quem in pelle camelina consutum abstulerunt. Ille se magno argenti pondere redimere voluit; at, se nulla alia conditione eum libertati reddere, Balak declaravit, quam si Edessae arcem sibi traderet. Quae quum negaret, in Khurt Burt eum in vincula conjecit, una cum alio Francorum Satana, Guilielmo, qui filius erat marterterae Joscelini, et magno principum numero.

Quomodo Franci Khurt Burt occupant et rursus amittunt.

Balak ben Behram Khurt Burti dominus erat. Arcem huic

vicinam Kerker nominatam Franci tenebant, quos ille jam obsidebat. Balduinus, ut obsessis auxilium ferret, cum exercitu mense Seferi anno DXVII (qui die 28 Febr. A. C. 1123 coepit) huc profectus est et cum Balako proelium commisit, in quo Franci terga verterunt et rex ipse cum multis nobilibus captus est. Captivos in arcem Khurt Burt, ubi custodiebantur Joscelinus, Edessae dominus ejusque comites, in carcere asservandos Balak deduxit. Mense Rebi' prioris quum Balak Harranum abiisset eamque occupasset, Franci, versutia et dolo usi, milites decipiendo, e custodia exierunt. Balduinus in terram suam se recipit; ceteri autem arcem occupant. Balak Harrano redux, eam, obsidione facta, e manibus eorum recuperavit, ibique praesidium collocavit.

Urbs Tyri a Francis occupata.

Tyrus Khalifis A'lidis in Aegypto paruit, et praefectus ibi fuit I'zz el Mulk nomine Afdhali Emiri el Djujusch, qui summam in Aegypto potestatem sibi vindicaverat. Anno DVI rex Francorum exercitum ad eam obsidendam instruxit. Quibus auditis, incolae opem implorarunt Tughdekini, Damaski domini. Copias igitur una cum Mes'udo praefecto suo nomine iis auxilio huc misit. Mes'ud quum eo venisset, nihil mutavit neque in invocationis ritibus, Schiitarum more in publicis precibus heic peractis, nec in formulis, quas monetis apponerent. Cujus rei certiorem fecit Afdhalum et simul ab eo petiit, ut classem sibi auxilio remitteret. Quibus omnibus Afdhal consensit et simul gratias egit. Hoc vero occiso, classis nihilominus, ut mos antea fuerat, Tyro advenit. Duci ejus erat imperatum, ut, Mes'udum, praefectum Tyri eo a Tughdekino missum, ob querelas incolarum, fraude usus caperet captumque in vincula jaceret. Mes'udum igitur captivum dux classis se-

cum in Aegyptum duxit; cum tamen postea Damaskum miserunt. Praefectus alius, nomine Aegyptiorum, Tyro praepositus, interea litteras ad Tughdekinum dedit, quibus captivitatem Mes'udi, praefecti ejus, excusaret. Haec omnia anno DXVI (qui die 11 Martii A. C. 1122 coepit) gesta sunt. Francos, Mes'udi Tyro abitum expertos, cupido urbis occupandae majore etiam vi quam antea cepit, et urbis obsidioni omnino se jam dederunt. Prafectus Emirum Tughdekinum et de hostium adventu et de sua iis resistendi impotentia nuntium ablegavit simulque urbem Emiro reddidit. Hic auxilia eo misit. Anno DXVI, vere ineunte, Franci, apud urbem castris positis, summa vi eam obsederunt. Tughdekin, qui, ut auxilio ferendo propior esset, Paneadem erat profectus, ad Aegyptios, eorum opem imploraturus, misit. Qui quum auxilium recusarent, eas Francis proposuit conditiones, ut, urbe iis tradita, incolis liberum exitum permitterent. Quibus acceptis, in fine Djumadae prioris anni nuper commemorati, postquam incolae, quae portanda erant, ablatis, iis vero, quae amoveri non poterant, relictis, exierant, Franci urbem intrarunt.

Cafertàb a Bursakio occupata. Clades postea a Francis ei illata.

Anno DXIX (qui die Febr. A. C. 1125 coepit) Bursaki, exercitu collecto, Cafertabum contendit, et urbem, obsidione facta, e manibus eripuit Francorum. Postea ad arcem Ezâzi, quae Halebo erat, et ubi tum Joscelinus commorabatur, ille contendit, et eam quoque corona cinxit. Quibus auditis Franci in unum coibant et Bursakium inde depulsuri proficiscebantur. Et quamvis is fortissime resisteret, Deus tamen in hoc proelio Muslimos deseruit, quos fugatos magna affecerunt clade Christiani. Bursaki Halebum rediens, Mes'udum filium urbi

praefecit et, Euphrate trajecto, Mausulam petiit ut, copiis novis ibi coactis, pugnam contra Francos redintegraret. Sed Deus vitae metam heic ei praefiniverat. Patri mortuo I'zz' el din filius successit, sed paullulum modo sceptrum gessit; nam jam anno DXXI (qui die 16 Jan. A. C. 1127 coepit) mortem occubuit. Tum Mausulae nec non Mesopotamiae et Dijar Becri imperium capessivit Sultanus ille Mahmud I'mad el din Zenki ben Aksunkur, ut jam in historia Seldjukidarum narratum est. Postea inde regnum in Syriam [Damaskum] extensum filiis hereditatem reliquit, qui in his regionibus magnam exercebant potestatem; id quod Deo volente infra enarrabimus. Ex hoc regno derivatum post exstitit imperium Ejubidarum, quod etiam ulterius infra describemus. Posthac seriem narrationis ita disponemus, ut historia ea Francorum, quae quodammodo ad dynastias Zenkidarum et Ejubidarum pertineat, heic omnino relicta, quia in his duobus regnis describendis suo loco et tempore narrabitur, ea tantum eorum fata referamus, quae nullo modo his dictis dynastiis conjuncta sint. Sic lector, res bene perpendens, pro animi sui natura excellente ingeniique pulchra benignitate, sciat, quomodo res quaeque gestae ad locum suum justum referantur. Nam si aliter agerem, narrationes confusae et turbidae forte evaderent.

Bellum inter Tughdekinum et Francos.

Anno DXX (qui die 26 Jan. A. C. 1126 coepit) Franci, exercitu collecto, Damaskum profecti, in Merdj Sefer castra collocarunt. Tughdekinus, qui urbis dominus tum erat, Emirorum Turcomanicae gentis in Djiar Becr aliorumque auxilium imploravit, qui omnes ei sese conjungebant. Ipse contra agmen Francorum copias suas jam eduxerat, postquam filium Tadj el Muluk Burium imperio urbis Damaski praefecerat; et

quum jam exercitus Turcomanorum ei advenisset, Francos anno DXX exeunte aggressus est; sed proelio commisso, in loco pugnae de equo decidit. Milites ejus, qui eum occisum putabant, in fugam sese conjecerunt, et Tughdekin ipse, equo conscenso, cum iis aufugit. Franci Muslimos persecuti, multos peditum Turcomanorum ceciderunt; alii autem, quos post se reliquerant, in castra Francorum interea incursionem faciunt, impedimenta diripiunt, milites trucidant ibi inventos et Damaskum redeunt. Quum Franci ab hostibus persequendis redirent, tabernacula direpta invenerunt et, falsa rei opinione capti, fugam ipsi quoque arripuerunt. Postea anno DXXIII (qui die 24 Decembr. A. C. 1128 coepit) pugna inter Mezda'anium et Ismaëlitas Damasko accidit, postquam ille Francos ad urbis expugnationem excitaverat, et reges igitur Francorum propter caedem ejus erant sollicіti. Tum domini Hierosolymae, Tripoleos, et Antiochiae una cum aliis Comitibus et iis, qui, sive commercii sive sacrae peregrinationis peragendae caussa, mari advenerant, cum duobus equitum millibus et ingente peditum numero Damaskum castra moverunt. Tughdekin octo equitum millia ex Arabibus et Turcomanis collegit. In fine hujus anni Damaskum devenerunt Franci, et agmina in regiones ei vicinas, et praedandi et commeatûs conquirendi caussa quaquaversum dimiserunt. Tadj el Muluk, qui de turma ejusmodi in Haurano grassante audiverat, Schems el Khavâss, qui in Emirorum ejus numero erat, statim eo delegavit. Francos hic adortus est, et iis plane devictis praedam eripuit et victor deinde Damaskum rediit. Cujus rei nuntio Damaskum allato Franci perterriti, castra inde moverunt, postquam omnia, quae auferenda non erant, igne deleverant. Abeuntes persecuti sunt Muslimi, et caedendo et captivos ducendo magnam iis attulerunt calamitatem. — Boë-

mundus, Antiochiae dominus, postea ad castellum Kadmûs contendit ejusque potitus est.

Clades domini Tripoleos.

Anno DXXVII (qui die 11 Nov. A. C. 1132 coepit) magnus Turcomanorum e Mesopotamia collectus exercitus, regiones Tripolitanas aggressus est, ubi praedam abegit hominesque trucidavit. Comes, qui urbis erat dominus, contra eos tum exiit. Turcomani vero, fuga simulata, terga verterunt; sed derepente constiterunt, et Francos t um fugatos magna noxa affecerunt. Comes ipse ad arcem Ba'rin evasit, ubi sese munivit. Turcomani heic eum obsederunt. Sed nocte quadam cum viginti e principibus comitum Comes ex arce exiit et Tripolim fugit et, ex omnibus partibus Francorum ope implorata, auxiliis eorum adjutus Ba'rinum rediit, quo inde repelleret Turcomanos. Eos itaque proelio adortus pugnam sustinuit, dum fugae essent proximi Franci, qui jam Rafaniam secesserunt. Turcomani, quum persecutio iis difficilior videretur, Francis relictis, domum reverterunt.

Paneas a Damaski domino occupata.

Anno DXXVI (qui die 23 Nov. A. C. 1131 coepit) Buri, filius Tughdekini, Damaski dominus, mortuus erat, et filius Schems el Muluk Ismail ei successerat. Quem quum Franci resistendo imparem putarent, inducias rumpere sibi proposuerunt. Hoc tempore accidit, ut mercatores quosdam Muslimicos, qui Berytum intrabant, mercibus hi spoliarent. Quam ob rem legatos ad eos misit Schems el Muluk, ut ab iis merces mercatoribus reddendas peteret. Quod quum non facerent Franci, ille exercitu bene instructo, mense Seferi anno DXXVII Paneadem contendit, et eam obsidione gravissima pressam,

postquam muros Muslimi perforaverant, manu cepit armata, Francosque ibi degentes cecidit. Qui supererant intra arcem sese defendebant, donec, duobus diebus praeterlapsis, fide data sese quoque dederent. Franci interim copias contraxerunt, ut Schems el Muluk repellerent; sed nuntius de urbe capta iis allatus est et a re igitur incepta destiterunt.

Schekif a Schems el Muluk capta.

Postea Schems el Muluk Ismail, Damaski dominus, ad Schekif Tirun, quae in monte, Beryto et Sidoni imminente, jacet, copias eduxit. Erat tum hic locus potestati Dhahâki ben Djendel subjectus, qui dux fuit Vadi el Teimi, et hunc omnimodo bene munitum tum Muslimi tum Franci evitarunt, dum ipse se ab utroque abstinuit. Contra eum jam profectus est Schems el Muluk, et arcem mense Muharremi anno DXXVIII (qui die 31 Oct. A. C. 1133 coepit) expugnavit. Quae res Francis valde gravis visa est, et ideo Schems el Muluk timuerunt et, ad Hauranum contendentes, ejus regiones populati sunt. Schems el Muluk autem cum una exercitus parte castra movens, altera contra Francos opposita, Tiberiadem, Nazarethum et Accam profectus est, quarum regiones omnino devastabat. Quum hujus rei nuntius Francis esset delatus, ad terras suas reverterunt, et, quia devastatio gravis iis videbatur, a Schems el Muluk induciarum renovationem petierunt; quam etiam iis concessit.

Insula Djerbae in Afrika a Francis expugnata.

Insulam Djerbae, quae de ditione Afrikae inter Tripolim et Kabesum sita est, tribus Berberorum inhabitabant, qui, eo tempore, quo Arabes Helalitae Afrikam ingrederentur, eam occupaverant regnumque Sunhadjae ibi condiderant. Haec ea-

dem acciderunt aetate, qua imperium Francorum Romae et in terris septentrionalibus ei vicinis increscere coepit, et Franci se ita extendere voluerunt, ut regiones occuparent Muslimicas. Balduinus igitur rex eorum, comitante magno principum Comitumque numero, expeditionem in Syriam suscepit, et ejus oppida atque castella, sicut jam antea narravimus, expugnavit. Ex horum regibus erat Comes quoque Rogerus Tancredi filius ben Khaira (?), cujus regni caput Melitum, e regione Siciliae insulae situm, erat. Quum jam in Sicilia potestas Muslimorum debilitaretur, et dynastia filiorum Abi-l Husein Kelbitarum ibi desineret, hic Rogerus ad eam occupandam animum vertit; ad quod eum instigarunt qui, unus post alterum, summae rerum ibi erant potiti. Classe igitur exercitum eo duxit, ut discordiam inter varios duces excitaret. Felici rerum eventu adjutus mox insulam eorum eripuit potestati, castellis singulis, uno post alterum, expugnatis, donec duae eaedemque ultimae ei restarent arces occupandae, Trapanae et Mazerae, quae imperio A'bd Allahi ben Eldjevâs, unius regulorum insulae, parebant. Quas etiam anno CCCCLXIV (qui die 28 Sept. A. C. 1071 coepit) deditione facta a domino illo accepit. Ita omnis Muslimorum potentia heic plane desiit. Rogero mortuo anno CCCCXCIV (qui die 5 Nov. A. C. 1100 coepit) filius Rogerus successit, cujus vita longa et regnum prosperum fuit. Tempori haec conveniunt, quo ventus secundus Francis flabat in Syria, quam mediam transierant et e terris Muslimorum ibi sitis, omnes, quas potuerant, in suam redegerant potestatem. Rogerus filius Rogeri diu secum in animo volutabat consilium Afrikae bello petendae. Anno igiter DXXX (qui die 10 Oct. A. C. 1135 coepit) classem Siculam ad insulam Djerbam misit, unde jam omnis etiam dominationis Sunhadjiticae umbra evanuerat. Postquam insulam cinxerant, pugna orta est gravissima;

deinde eam praecipitanter aggressi manu armata ceperunt et praedam captivosque inde egerunt. Superstites vitae securitatem petierunt. Franci tum insulam iis habitandam ea conditione permiserunt, ut vectigal quotannis penderent. Imperium in eos sibi reservarunt.

Castella quaedam Francorum a Damaski domino expugnata.

Anno DXXXI (qui die 28 Febr. A. C. 1136 coepit) Schems el Muluk exercitum Damaskenum duce Nezvâscho Tripolim Syriae misit, cui multi Turcomani militesque spontanei se conjungebant. Contra eum Comes, Tripoleos dominus, castra movit, quem fugatum et magna affectum clade castrisque exutum Tripoli clauderunt Damaskeni, qui, interea in regionibus vicinis grassantes, castellum Vadi Ibn el Ahmar, quod de Tripoleos erat ditione, vi ceperunt, et, omnibus nefandis ibi perpetratis, Francos occiderunt. Postea anno DXXXV (qui die 16 Aug. A. C. 1140 coepit) Franci, Askalonem profecti, ejus regiones populati sunt. At milites Aegyptiaci, qui tum urbi inerant, impetu in Francos facto, eos profligarunt et victores redierunt. Franci autem caesi in castella sua sese receperunt. Sic Deus malitiam eorum repressit.

Tripolis Afrikae a Francis capta.

Postquam vis imperii Sunhadjitici in Afrika erat soluta et umbra ejus inde evanuerat, incolae Tripoleos, urbis heic sitae, se dividere inceperunt. Cujus discordiae haec fuit caussa. Eo tempore, quo ultimus rex e gente Beni Mu'ezz ben Badis, cujus nomen erat Hasan ben A'li ben Jahia ben Temîm ben El Mu'ezz, Mehdiae regnabat, Âbu Jahia ben Metruh summae rerum Tripoli potitus est. Imperium Hasani hujus ejusque

ministrorum tum abrogarunt, quum Franci in vicinas urbi regiones excursiones faciebant ideo susceptas, quod Rogerus tanto studio flagraret, ut hanc sibi subjiceret terram. Exeunte anno DXXXVII (qui die 26 Jul. A. C. 1142 coepit) classem eo misit, quae quum advenisset, Franci urbem obsederunt et muros subverterunt. Tripolitani auxilium ab Arabibus tum petierunt, et, eorum ope adjuti, excursione facta, Francos fugarunt, et arma jumentaque fugientium praedam retulerunt. Jam Franci ad Siciliam regressi sunt. Sed nova expeditione instructa, Meghreb denuo petierunt et oppidum Djidjil, in littore Budjaae situm, invaserunt. Incolae in montes aufugiebant et Franci urbem occupatam igni et rapinae totam tradebant. Arcem etiam, a Jahia ben el A'ziz ben Hammâd ibi aedificatam et nomine Nuzhae notam, demoliebantur. Quo facto in terras suas redierunt. Anno DXLI (qui die 12 Jun. A. C. 1146 coepit) classem Tripolim denuo misit Rogerus, quae, prope urbem anchora jacta et militibus in terram descensis, terra marique corona eam cinxit. Primo per tres dies continue pugnarunt. Sed dissensus incolarum mox occasionem loci expugnandi obsidentibus praebuit. Ante enim adventum Francorum discordia inter urbanos erat orta. Postquam Beni Metruh expulerant, Emirum Lemtunensem, qui, sacram peregrinationem Meccanam peracturus, cum familia sua eo advenerat, summae rerum praeficiebant. Quum jam incolae urbis hostibus debellandis essent occupati, pars Metruhidis faventium in unum collecta, dominos illos in Tripolim introduxerunt, qua re factum est, ut pugna inter dissentientes cives existeret. Quam rem Franci experti, muris statim accurrunt, quos scalis appositis conscendunt et urbem, sic manu armata captam, diripiunt et caedendo, captivos agendo et praedando ibi turpiter agunt. Multi cum conjugibus ad Berberos et Arabes fuga se eripiebant. A

caede tandem se cohibentes Franci, securitatem superstitibus annuntiarunt, cui confisi Muslimi ad urbem redierunt, ubi domicilium sedemque securam pro tributo pendendo a Francis obtinebant. Hi sex menses heic commorati sunt, ut muros urbis et fossas reficerent. Abeuntes Ibn Metruhum Tripoli praefecerunt et obsides ejus obedientiae acceperunt. Postquam in Sicilia publice erat indicatum, unicuique licere Tripoli habitatum abire, frequentes confluebant undique homines; et ita urbs bene aedificata evasit.

Mehdia a Francis expugnata.

Eo tempore, quo compages imperii Sunhadjae dissolverentur, Reschid ben Kamil ben Djâma' e tribu Rejah oriundus in urbe Kabesi summae rerum erat potitus. (Rijah una erat tribuum Helalidarum, quas misit Djurdjani, Vezirus Mustanseri Khalifae Aegyptiaci, contra Mu'ezz ben Badis ejusque populum. Hae tum regnum separabant, ejusque compages destruebant, et regiones quasdam occupabant, dum alii ex ipsis terrae incolis in suis locis summam sibi arripiebant potestatem.) Kabesi urbs intra regionem Duhmanidarum, qui ad Helalidas illos referebant genus et in prima terrae occupatione heic consederant, jacet et unus Emirorum eorum Raschid ille erat; quae omnia in historia Berberorum, quum de dynastia Sunhadjae diceremus, enarravimus. Anno DXLII (qui die 1 Jun. A. C. 1147 coepit) Reschid mortuus est, et Muhammedem ben Reschid filium natu minorem [Jusuf] servus in regno collocavit, Mua'mmerum autem natu majorem expulit. Jusuf non Muhammedem solum totum occupavit, sed etiam feminis ejus secreto se dedit. Has inter una erat e familia Beni Kurra nata, quae ad fratres, injuriam sibi illatam conquestura, misit. Qui quum sororem repeterent, eam reddere Jusuf recusavit.

Mua'mmero ben Reschid illi tum sese conjungebant, et ad Hasanum, Mehdiae dominum proficiscebantur, ut agendi rationem Jusufi ei accusarent. Hasanus litteras Jusufo tunc scripsit. Sed hic non solum non respondit, sed minas etiam jecit de urbe Francis tradenda. Hasanus exercitum Cabesum tum misit. Quo audito Jusuf ad Rogerum, Tripoleos dominum, legatum misit, quo ea conditione se ei submitteret, ut, quemadmodum Ibn Metruhum Tripoli, se Kabeso praeficeret. Sed incolae urbis, de malis Jusufi artibus et secretis cum Francis consiliis certiores facti, quum copiae Hasani advenissent, impetum in eum cum iis fecerunt. Quare Jusuf in arce sese defendere cogebatur. Ea vero obsessa mox manu armata capta est et Jusuf in vincula conjectus. Mua'mmer locum Muhammedis fratris in imperio occupavit. Jusuf variis suppliciis, donec moreretur, cruciatus est; et Benu Kurra sororem receperunt. Ipsa frater Jusufi et filius ejus ad Rogerum, Siciliae dominum, profecti, protectionem ejus implorarunt. Inde ab anno DXXXVII inopia annonae in Afrika praevaluerat, quae maximum incolarum numerum ad Siciliam abigebat. Nam tanta erat fames, ut alter alterum ederet, mortuorumque numerus semper cresceret. Hanc occasionem pacis, cum Hasano ben A'li Mehdiae domino in duos annos pactae, rumpendae, secundam ratus Rogerus, naves ducentas et quinquaginta instruxit, quas, armis militibusque armatas, duci Djerdjio Mikhaili, origine Arabi Christiano (cujus historiam in narratione rerum, a Sunhadja et Muvahhedinis, gestarum, retulimus) ad Afrikam ducendas dedit. Kuzeram hic petens, ibi navem, Mehdia venientem, offendit, quam coepit et columbas epistoloforas apud nautas inventas, dolo usus Mehdiam misit, sub alis nuntio vincto, quo significaretur, classem Francorum Konstantinam navigare. Velis jam datis, die secunda mensis Seferi anno DXLIII (qui die 21 Maji A. C. 1148 coepit) prope por-

tum Mehdiae mane classem appulit. Sed Deus ventum Francis immisit, quo ab introitu arcerentur; et ita spes ducis periit. Litteras interea Hasano dedit, in quibus dixit, se quidem pacem adhuc servare; eo tantum fine huc venisse, ut injuriam, Muhammedi ben Reschid illatam, ulcisceretur eumque in urbem suam Kabesum reduceret. Tum Hasanus populum, ad concionem convocatum, quid ei esset agendum, consuluit. Pugnam hi praetulerunt. Hasanus autem non ausus, penuriam commeatûs obtendens urbem deseruit. Jam omnia portanda sublata erant; et homines cum familiis suis et bonis motu facilioribus mox sequebantur; multi etiam Muslimi in ecclesiis sese abdebant. Ventis postea secundis obortis, Franci portum intrabant, et sine ullo impedimento ad urbem perveniebant. Djerdji arcem intrat, quam intactam, et thesauris, quibus similes raro inveniantur, plenam invenit. Fide securitatis effugientibus promissa, ii revenerunt et pro tributo pendendo domicilium tranquillum ab eo acceperunt. Hasanus cum domo sua Mua'llakam, ubi Mahraz ben Zijâd Emirus Helalida regnabat, tum petiit. In itinere obviam habuit Hasanum ben Tha'leb, ipsum quoque Emirum Helalidam, qui pecuniam, thesauro suo pendendam, postulabat. Cujus rei obsidem Jahiam, Hasani filium, abduxit. Mahraz ben Zijâd eum honorifice recepit, et adventum talis viri maximo honori duxit, ideo quod se prae ceteris Arabibus hospitem elegisset. Honoribus igitur ibi cumulatus mensem est commoratus. Postea consilium iniit in Aegyptum eundi, ubi tunc temporis sceptrum gerebat Hafith Khalifa. Sed quum ei nuntiaretur, Djerdjium navem in mari in insidias collocasse, inde destitit. Tum ad A'bd el Mumen, regem e dynastia Muvahhedin in Meghrebo, proficisci constituit. Sed quia in via, eo ducente, erat regnum Ja'hiae ben El A'ziz Hemmaditae, Budjajae imperantis, qui patruus ejus erat,

antea filios Jahiam, Temîmum, et A'lium, liberum transitum petituros, ad eum praemisit. Quod ille permisit et quibusdam imperavit, ut eum ad Djezair Beni Mezghanan ducerent. Heic Hasanum una cum filio in custodia tenuit, donec anno DXLIV (qui die 10 Maji A. C. 1144 coepit) A'bd el Mumen urbem Budjajae expugnaret; de quibus rebus suo loco satis dictum est. — Postea Djerdji classem Susam expedivit, ubi tum erat A'li filius Hasani, quondam Mehdiae domini, qui, urbe relicta, ad patrem jam revertebatur; Franci autem Susam medio mense Seferi occupabant. Aliam classem Sefakesum, quae Arabum auxiliis erat sustentata, Djerdji misit. Sed quum utraque acies instructa esset, Franci fuga simulata primo paullulum retro cesserunt; tum signa retulerunt, et hostes fugarunt. Urbem, quam Arabes deserebant, vigesima tertia Seferi die vi ceperunt, et captam diripuerunt. Deinde incolis securitate promissa, captivos pecunia data reddiderunt, sedemque ibi tranquillam pro tributo solvendo hominibus figere permiserunt. Eadem etiam Susae evenerunt. Rogerus Siciliae rex, mitiora jam meditans, litteras ad incolas Afrikae littoralis dedit, quae et fidem tranquillitatis et promissa continebant pulchra. Djerdji Aklibijam, in littore Tunetano sitam, castra movit, ubi multi confluxerant Arabes, qui Francos aggressi fugarunt. Hi terrore perculsi Mehdiam redierunt. Tum nova dissidia, inter Rogerum, Siciliae dominum, et regem Graecorum, Constantinopoli dominantem, exorta animum illius a rebus Afrikae averterunt. Interea Djerdji ben Mikhail maximam Afrikae partem nomine Siciliae domini tenuit usque ad mortem suam, quae anno DXLVI (qui die 19 Apr. A. C. 1151 coepit) discordiam illam plane sustulit. Neque ullus post eum nomine Rogeri ejus locum occupavit.

De Buna a Francis expugnata deque morte Rogeri, Siciliae domini, et filii Guilielmi successione.

Anno DXLVIII (qui die 28 Martii A. C. 1153 coepit) classis Rogeri, e Sicilia profecta, Bunam petiit. Dux classis * — eam obsedit et auxilio Arabum adjutus cepit et diripuit. Omnibus vero doctis et religiosis cum bonis et familiis ad urbes circumjacentes abire permisit. Postquam decem dies heic erat moratus, Mehdiam, mox vero in Siciliam rediit. Rogerus autem male ferens, eum Muslimis Bunae pepercisse, ducem classis in carcerem jecit. Religione postea ejus suspecta, episcopi et presbyteri igne eum concremarunt. Exeunte eodem anno Rogerus post annorum viginti regnum diem obiit supremum. Successit Guilielmus filius, qui, ipse pessimis moribus, Vezirum creavit Majonem Barensem, res heic adeo male gerentem, ut arces Siciliae et urbes Calabriae tali imperio sese opponerent et, sicut statim dicemus, res in Afrikam transiret.

Askalon a Francis capta.

Thafiro Khalifae A'lidae Askalon paruit et una ejus provinciarum fuit. Franci ad eam obsidendam vicibus repetitis erant profecti. Sed Aegypti Veziri urbem pecunia viris armisque adhuc semper sustinuerant, dum ipsi pro arbitrio in imperio Khalifarum A'lidarum regnabant. Anno autem DXLVIII, Ibn el Silar Veziro occiso, et rebus ideo Aegyptiacis turbatis, dum A'bbâs Veziratum occuparet, Franci e terris suis Syriacis exeuntes Askalonem obsederunt. Primo urbs impetui hostium fortiter restitit. At discordia inter cives orta adeo accrevit, ut res ad arma veniret. Tum Franci, occasione usi oblata, urbem expugnarunt et ibi grassati sunt.

Muslimi vindictam sumunt a Francis, qui littora Afrikae occupaverant.

Antea dictum est, Guilielmum Rogero mortuo in regno Siciliae successisse, cujus Vezirus rempublicam male gubernaret; qua de caussa cives in eum gravem concepisse iram. Hujus rei fama ad Muslimos, quos in Afrika subegerat ille Rogerus, perlata est. Muslimis urbis Sefakesi tempore expugnationis Abu-l Huseinum Gharbanium, qui vir fuit et scientiarum gnarus et pius, Rogerus praefecerat. Quum hic rem sustinendam gerere haud valeret, U'maro filio praefecturam a Rogero tradendam curavit; ipse a Rogero obses in Siciliam deductus est. Pater abiens filio haec, voluntatem suam extremam significatura, dixit. "Equidem aetate, mi fili, gravis sum et mors mihi instat. Quamcumque igitur occasionem inveneris, qua Muslimos hostium imperio eripias, ea utere, sine ulla mei ratione habita, sed me mortuum habeto." Rebus jam Guilielmi turbatis, U'mar populum Sefakesi ad vindictam a Francis sumendam anno DLI (qui die 24 Febr. A. C. 1156 coepit) vocavit. Vocationi morem gerentes Francos trucidabant. Exemplum eorum et Abu Jahia ben Metruh Tripoli et Kabesi Muhammed ben Reschid imitabantur. Eodem etiam tempore exercitus A'bd el Mumeni Bunam profectus est eamque expugnabat. Ita Francorum potestas in Afrika, si Mehdiam et Susam exceperis, omnino sublata est. U'mar Gharbani Zuilam, oppidum prope Mehdiam situm, etiam misit, ut ejus cives ad Francos, qui apud eos vivebant, aggrediendos excitaret. Quo facto Arabes, iis opem ferentes, Francos Mehdiae obsederunt et commeatum interceperunt. Postquam hujus rei nuntius Guilielmo advenerat, ad U'marum Gharbanium Sefakesum misit legatum. Hic se cura patris sepeliendi esse distractum obtendens, eum non recepit. Deinde fere-

trum legato ostendebat, quo sepulto, haec addebat: "Videtis, quomodo patrem jam sepelivi." Legatus domino hoc retulit responsum, qui patrem U'mari Abu-l Huseinum cruci affigi jussit. Ille sic martyrium passus est, cui Deus sit propitius. Sefakesenses postea Arabibus conjuncti Zuilam contenderunt; et ejus incolae etiam, armis captis, cum ceteris ad Mehdiam obsidendam profecti sunt. Guilielmus commeatum et arma dedit. Urbani, postquam Arabes ad defectionem a foederatis donis permoverant, ad pugnam exeunt. Arabes statim in fugam se conjiciunt; et Sefakesenses mari domum redeunt; Zuilenses vero fugatos prope Zuilam praevertunt et occidunt Franci. Urbem confestim oppugnatam capiunt, homines ibi relictos trucidant et urbem diripiunt.

A'bd el Mumen Mehdiam e manibus Francorum eripit.

Zuilenses ea clade affecti, ad A'bd el Mumenum, ejus opem imploraturi, se receperunt. Ille auxilium iis spopondit et interea apud eum hospitio et honore recepti commorati sunt. Jam omnia expeditioni parat A'bd el Mumen. Urbium provinciarumque praefectis imperat, ut frumentum colligant et puteos fodiant. Mense Seferi anni DLIV (qui die 22 Jan. A. C. 1159 coepit) cum centies mille hominibus profectus est et inter exercitûs duces fuit ille Hasan ben A'li, qui quondam Mehdiae fuerat dominus. Medio hoc anno ad Tunesum castra posuit, ubi tum dominus ejus Ahmed ben Khurâsân, qui unus dynastiae Sunhadjiticae reliquiarum erat, dominabatur. Classis A'bd el Mumeni etiam advenit, quae mari quoque urbem obsidione cingebat. Tum decem e principum numero viri, de muro scalis demissi, securitatem urbi sibique ipsis ab A'bd el Mumeno petiebant. Id quod ea conditione hic iis concessit, ut bona se-

cum dividerent et Ibn Khurâsânum traderent. Quae quum omnia essent praestita, inde Mehdiam castra movit, dum classis mari eum e regione sequebatur. Medio mense Redjebi hujus anni prope hanc urbem venit, ubi multi liberi regum Francorum aliique ejus gentis proceres inerant, qui Zuilam, sagittae jactum a Mehdia sitam, deseruerant. Zuilam jam A'bd el Mumen illico reaedificavit et campum Mehdiae copiis plane replevit. Postquam eam per dies aliquot obsederat, locum pugnae, mari circumdante circumscriptum, nimis angustum esse vidit. Est enim quasi manus in mare porrecta, cujus brachium terrae cohaeret. Classe igitur Mehdiam circumdedit. Ipse A'bd el Mumen, comite Hasano ben A'li, in nave bellica mari eam circumivit, ut munimenta ejus ab hac parte perspiceret. Qua re intellexit, obsidionem longam esse futuram eique opus esse morae haud exiguae providere. Tantam igitur frumenti copiam collegit, ut area castrorum cumulis ejus esset referta. Interim incolae Sefakesi, Tripoleos et Montium Nufusae legatos ad fidei sacramentum ei jurandum miserunt. Exercitu Kabesum misso hanc quoque urbem manu cepit armata, et filius A'bd allah plures alias regiones occupavit. Jahja etiam ben Temîm ben Mu'ezz ben El Zeid, dominus Kafsae, cum magno principum numero advenit, ut obsequium suum ei offerret. Huic A'bd el Mumen mille aureos dedit. Mense Scha'bani exeunte classis Sicula e CL navibus bellicis constans, navigiis actuariis exceptis, advenit. Antea insulam Jabesam ea erat aggressa magnamque ibi fecerat cladem: sed rogatu Siciliae regis huc jam contendit. Quae quum portui proxima esset, classis A'bd el Mumeni contra eam instructa appropinquavit, et copiae ejus terrestres prope mare simul constiterunt. A'bd el Mumen ipse in genua procumbens facie pulvere conspersa divinam invocavit protectionem. Classis Francorum fugam statim arripuit et suas petiit

regiones; muslimica autem victrix rediit. Franci, quamvis de auxilio desperarent, ad finem tamen anni obsidionem pertulerunt; sed quum ea nimis premeret, apud A'bd el Mumenum securitatem vitae sibi petierunt, quam iis, si Islamismum profiterentur, spondere promisit. Hoc vero omnino recusarunt. Nihilominus non desierunt obsessi, quin ei verbis omnimodo humiles se monstrarent, donec is motus vitam iis promitteret securam. Tum navibus ab eo datis inde abierunt. Sed tempus erat hiemis tantaque vi mare in eos irruebat, ut omnes, paucis tantum exceptis, undis suffocati perirent. Mense Muharremi anno DLV (qui die 11 Januar. A. C. 1160 coepit) A'bd el Mumen Mehdiam, duodecim annis post quam ea in potestatem venerat Francorum, intravit. Viginti dies ibi substitit, dum res urbis in ordinem redigeret. Praesidium ibi collocat, commeatum colligit, et unum e comitibus suis ei praeficit, cui tamen Hassanum ben A'li adjungit. Ei enim pro se et posteris hanc terram propriam signavit. Praefecto igitur imperat, ut consilio hujus semper uteretur. Quibus factis in Meghrebum revertit.

Franci Asad el dinum Schirkuh Bilbeisi obsident.

Anno DLIX (qui die 29 Nov. A. C. 1163 coepit) Nur el din el A'del, Asad el dinum Schirkuh, Selah el dini patruum, misit, ut Schavero, Veziro A'dhedi domini Aegypti contra partes Dhargâmi opem ferret; de quibus rebus in horum historia ulterius est narrandum. Nur el dinus ipse, Damasko cum exercitu profectus, regiones aggressus est Francorum, ne Asad el dinum Schirkuh in itinere adorirentur. Naser el din, Dharghâmi frater, copias eduxit Aegyptiacas, sed eas apud Bilbeisum Asad el din fugavit et Kahiram usque persecutus, ibi castra posuit. Schaverus in Veziratum restitutus, ea, quae cum Asad el dino erat pactus, non praestitit et ad Bilbeisum commoratus

est. Hic iram Asad el dini et vindictam metuens, clam ad Francos misit, eos contra illum excitaturus; simul pecuniam iis dedit. Hi quidem cupidine Aegypti occupandi flagrarunt, quare rex Hierosolymae exercitum Francorum ad Aegyptum duxit, cui Muslimorum copiae sese conjungebant. Deinde omnes conjuncti contra Asad el dinum castra moverunt, et Bilbeisi eum tres menses frustra obsederunt; nam nullo modo eum vincere valuerunt. Tum nuntius de clade, qua Nur el din el A'del socios eorum apud Harem affecerat, et de hujus urbis expugnatione et Nur el dini contra Paneadem expeditione, iis allatus est. Quam ob rem Francorum animi metu perculsi ceciderunt. Pace igitur a Nur el dino quaesita, qua in terras suas reverti iis liceret, eaque impetrata, Bilbeiso relicta Syriam ille repetiit. Anno vero DLXII (qui die 27 Oct. A. C. 1166 coepit) denuo Asad el din in Aegyptum contendit et apud Atfihum Nilo trajecto ad Djizam consedit. Schaverus auxilium Francorum iterum imploravit, qui etiam huc proficiscebantur. Asad el dinum, qui interea in Aegyptum superiorem abierat, et ad locum Elbabân [*duas portas*] vocatum venerat, Francorum Aegyptiorumque exercitus conjuncti persecuti medio hoc anno attigerunt. Concilio convocato, comites Asad el din consuluit, quid esset faciendum. Quum iis videretur pugna ineunda, eum Franci et Aegypti, quum acies ejus jam esset instructa, invenerunt. Locum suum in media acie occupaturum alium constituerat, sagacitate sua ductus, quia impetum omnem Francorum et vim huc directum iri intelligebat; in cornu dextrum, fidelium et fortissimorum corona stipatus, ipse recesserat. Franci jam in mediam aciem irruentes, eam in fugam conjiciunt, fugatamque persequuntur. Asad el din, his absentibus, contra eos, quos illi post se reliquerant, sese vertit, eos fugat, caedit. Et quum Franci ceteri a persequendo redeunt, a sociis fugientibus ad fugam ipsi tra-

huntur. Dum hi Misram contendunt, ille Alexandriam venit, eamque deditione facta occupat, et Selah el dinum e fratre nepotem ibi considere jubet. Copiae Francorum et Aegyptiorum conjunctae hanc urbem obsederunt. Sed quum Asad el dinus patruus illius, contra eos ex Aegypto superiore, nam eo statim redierat, expeditionem pararet, metu capti de pace ad eum legatos miserunt. Quam etiam ea conditione iis dedit, ut quinquaginta millia aureorum sibi penderent, neque Francis postea permitteretur in terra commorari, neque bona ibi possidere. Conditionibus acceptis, Franci in Syriam reverterunt, et Aegypti [l. incolae Misrae] Alexandriam occuparunt. Hos inter et Francos conventum est, ut consulem Kahirae hi tenerent, et portarum claudendarum et aperiendarum haberent potestatem; insuper e proventu Aegypti centies mille aureos iis quotannis redirent. Postquam haec omnia inter eos rata pactaque erant, Franci in regiones suas in littore Syriaco sitas redierunt.

Kahira a Francis obsessa.

Anno DLXIV (qui die 4 Oct. A. C. 1168 coepit) Asad el dinus Aegyptum denuo adiit, ubi, precibus A'dhedi Khalifae, qui potentiam Francorum surgentem male ferebat, Schaverum occidit, sicut in historia Asad el dini infra narrabimus. Franci, qui Kahiram inhabitabant, jam ad gentiles suos in Syria miserant, ut eos ad urbem occupandam excitarent, simulque erant polliciti, rem admodum facilem fore. Hoc tempore Amalricus rex erat Francorum, cui nemo neque fortitudine nec intelligentia similis imperium in eos umquam heic gesserat. Qui suos sic consuluit: "Salus nostra in eo pendit, ut a Kahira occupanda retro maneamus. Nam hi necessitate coacti urbem Nur el dino tradent. Quod si ille eam occupaverit, nobis opus erit arcibus nostris." Consilium hi improbarunt, et se per illam

urbem captam opibus augeri et viribus contenderunt. Ille quamquam invitus ad eorum partes abiit. Tum omnes iter ad Aegyptum instituerunt, et anno DLXIV mense Seferi Bilbeisum attigerunt, quam vi captam diripiebant. Deinde Kahiram castris motis, eam obsederunt. Schaverus interim jusserat Misram incendio deleri incolasque ejus Kahiram transferri. Urbs igitur direpta erat, civiumque opes et bona ablata, die uno ante Francorum adventum. Ignis incendii sub mensium duorum spatio non subsedit. A'dhed dum obsidio magis magisque eum premebat, auxilium Nur el dini imploravit. Schaverus ad regem Francorum misit, ut pacem ei proponeret pro millies mille aureis Aegyptiacae monetae pendendis; simul eum adventu Nur el dini terruit. Proposita Franci acceperunt et Schaverus centum millia aureorum iis primo pependit. Illi vero paullulum tantum recesserunt, ibi moraturi, donec omnem pecuniam sibi solvisset. Quum vero Schaverus eam colligere non valeret et Franci incolas instigarunt, hi ad Nur el dinum de auxilio sibi mittendo miserunt. Rogabant, ut Asad el dinum Schirkuh cum exercitu apud se commorari pateretur. Quamobrem Nur el dino tertiam proventûs Aegypti partem, Asad el dino terram in feudum et exercitui dona pollicebantur. Nur el din igitur, Asad el dinum Emessa, quae ejus erat feudum, ad se vocatum expeditionem in Aegyptum parare jussit, eique ideo ducenta millia aureorum, una cum jumentis armisque necessariis dedit. Plenam insuper auctoritatem in exercitus regni et thesauros concessit, ut inde sumeret quidquid sibi opus esset. Tum cum sex millibus equitum profectus est. Et postquam praetextus militum removerat Asad el din, cuique equiti viginti aureos in subsidium dedit. Nur el din magnum principum numerum ei adjunxerat, quorum hi erant: Djurdik, libertus ejus, Ghares el din Kilidj, Scheref el din Berghusch, A'in el daula el Jaruki,

Kutb el din Inâl ben Hassân Membedji, et Salah el din Jusuf Ejubi, fratris sui, filius. Iter jam ad Aegyptum ingressus est et postquam huic terrae appropinquaverat, Franci ad terras suas castra moverunt. Ita medio hoc anno eam Asad el dinum intrantem veste honorifica A'dhed donavit et ei militibusque stipendia assignavit splendidissima. In omnibus adversa fortuna usus Schaverus tum tentavit, moram iis solvendis prorogare, quae se inter et Asad el dinum erant pacta. Voluit nimirum Emirum in vincula conjicere et exercitum ejus ita sibi devincire, ut ejus auxilio Francos ex Aegypto expelleret. At nihil omnino ei successit. Nam comites Asad el dini quum rem essent comperti, Salah el din nepos et I'zz el din Djurdic libertus ejus Schaverum ad tumulum Schafe'i offendentes occiderunt. Res omnes imperii sui regendas Asad el dino A'dhed jam tradidit et Franci hoc modo rei propositae perficiendae impares facti sunt. Mortuo Asad el dino regno potitus est Salah el din, qui terras Islamiticas potestati eripuit Francorum, sicut infra, in historia imperii ejus tradenda, narrabimus.

Damiata a Francis obsessa.

Quum Asad el din Schirkuh Aegyptum occupasset, metus Francos invasit, ne terrae Syriacae et quae in littore erant sitae sibi eriperentur. Populos igitur, qui ejusdem erant vel generis vel religionis, in Sicilia et Francia rogarunt, ut contra Aegyptum auxilia sibi mitterent, quibus hanc terram expugnarent. Presbyteros et monachos Hierosolyma ablegarunt, qui ad hujus urbis defensionem opem eorum implorarent. Locum conveniendi communem Damiatam constituerunt, quam capiendam maxime desiderabant sperantes fore, ut ea sibi quasi stapes inserviret, qua fulti ceteram Aegyptum facile caperent. Primo Sa-

lah el dini regni tempore huc itaque convenerunt, urbemque obsederunt. Salah el din obsessos copiis atque armis sustentavit et ipse quoque adveniens Nur el dinum de auxilio mittendo precibus adiit, simul metum exprimens, ne Aegyptus amitteretur. Nur el din ei quidem auxilia deinceps misit et ipse terras Francorum Syriacas aggressus est, quas populabatur foedeque diripiebat. Qua re commoti Franci, post qninquaginta dierum obsidionem, Damiatam deserentes domum redierunt. Ita Deus quietem ab iis Muslimis reddidit. — Reliquum erat, ut, in hac narratione persequenda, omnia quoque ea traderemus, quae duabus illis dynastiis, Zenkidis in Syria et Ejubidis in Aegypto, et Francis quodammodo essent communia. Sed has res, quae restant, enarrandas distulimus, donec eas, quasque suo loco, disponeremus, ubi, sicut mox videbis, mentionem de his dynastiis faciemus. Nihil igitur de Francis heic dicendum superest, nisi quomodo illi Constantinopolim Graecis ademerint. Id quod heic exhibebimus.

Constantinopolis a Francis capta.

Ili Franci, postquam regiones Syriacas occupaverant, diversis modis erga Graecos Constantinopolitanos erant affecti; jam bellum jam induciae inter eos regnabant. Nam finibus Muslimornm, qui Graecis vicini erant et antea iis fuerant subjecti, expugnatis, mutuae utriusque gentis rationes se inter mutatae sunt. Graeci etiam contra Muslimos eos saepius adjuverant. Tum Franci eos devicerunt et Constantinopolim expugnarunt, quae aliquamdiu in eorum mansit potestate, donec Graeci, duce Laschkârî Patricio eam illis eriperent. Quae res sic acciderunt. Reges Graecorum affinitate et connubiis Francis erant conjuncti. Regi Graeco infans jam adolevit, cujus avunculus rex Francus erat. Quum frater hujus regis Graeci, impetu in eum

facto, regnum ei eripuisset cumque in custodiam dedisset, filius avunculum suum adiit, ut auxilium ejus imploraret. Qui quum adveniret, Franci expeditionem Hierosolymam, quam Salah el din expugnaverat, (ut in ejus historia narrabimus), tum parabant, ut urbem sanctam iterum e manibus Muslimorum eriperent. Tres eorum reges ad hanc rem sese accinxerant: *Dux Venetianus*, et idem imperator totius classis, in qua ceteri vehebantur; senex is erat coecus, qui neque ire nec equo vehi sine duce poterat; *Dux Francorum, Markis* [*Marchio*] appellatus, et *Comes de Flandria*, qui majorem militum numerum ducebat. Rex ille, nepotem his tradidit, simulque iis praecepit, ut opem ei ferrent ad regnum Constantinopolitanum recipiendum. Mense Dhi-l Ka'dae anno DXCIX (qui die 19 Sept. A. C. 1202 coepit) Constantinopolim advenerunt. Patruus quidem pueri illius copias contra Francos eduxit proeliumque commisit. Sed pars puero favens in urbis vicinitate ignem accendit, qua re exercitus graecus turbatus rediit. Tum pueri asseclae, porta urbis patefacta, Francos introduxerunt, et patruus rex fugam cepit. Franci, puero in regnum restituto, patreque ejus e carcere liberato, in omnibus rebus agendis sibi summam vindicarunt potestatem. Deinde hominum turba irruens, templorum opes et divitias rapuerunt. Et tanta erat eorum auri fames, ut quod in crucibus imaginibusque Messiae et Apostolorum nec non in Evangeliorum libris esset auri, spoliarent. Quae res, quum gravis Graecis videretur, eos ad novam rebellionem excitavit; puero igitur occiso, Francos ex urbe expulerunt medio anno DC (qui die 9 Sept. A. C. 1203 coepit). Postea Franci, extra urbem castris positis, eam obsidione presserunt. Rukn el dinum Suleiman ben Kilidj Arslân, Iconii dominum, Graeci jam de ope ferenda adierunt; at ille ad id non movebatur. In urbe vero prope triginta millia Francorum erant relicti, qui, dum

Graeci comitibus eorum debellandis erant occupati, in urbe grassantes ibi iterum ignem accenderunt. Franci obsidentes tum accedunt et foedam stragem atque cladem in urbe faciunt. Multi Graecorum ad templa confugiunt, quorum maximum est Sophia; iis vero non sufficiunt. Prodierunt tum supplicantes presbyteri et episcopi, evangelia et cruces manibus tenentes. Eos nihilominus trucidant. Reges deinde illi tres se inter de imperio urbis sunt sortiti. Prima sors Comiti de Flandria exiit, qui ita rex constituebatur, ut Duci Venetiano Creta Rhodus aliaeque insulae essent, Marchio autem Francicus ea, quae sinui ab oriente jacent, teneret. Sed nihil iis mansit, nisi Constantinopolis, quam Comes de Flandria possedit. Ea enim, quae sinui ab oriente jacent, Patricius Graecus, nomine Laschkari, occupavit et ad mortem usque retinuit. Tum etiam Constantinopolim expugnavit, et Francos inde ejecit. Sed Deus solus rem suam gubernat.

ANNOTATIO.

Ad paginam 49 in. Quae hic legitur Francorum genealogia, in opere Ibn Khaldûni, quum mentio de hac gente oritur, saepius recurrit. Si caput decimum *Geneseos* cum hoc loco contuleris, facile videbis, auctorem nostrum mirum in modum illi conspirare, si modo pro ويغات legeris ريغاث (sicut haec vox in codice Rousseauiano recte scribitur) et غطرما in طغرما commutaveris. — Quis ille sit nostri auctor *Heruschinus* sive *Hervischijusch* (هرويشيوش ut in cod. Rousseauiano exstat) me plane fugit. — In Codice Musei Britannici fol. 142 in initio capitis, cui haec est inscriptio, الخبر عن طاغية الافرنجة ومنازلتهم تونس فى اهل نصرانيته i. e. *De tyranno Francorum, eorumque descensu apud Tunesum cum illius populo Christiano facto*, nonnulla de primordiis Francorum leguntur. Quum nullus alius locus nobis erit, ubi hanc narrationem de ultima Sancti Ludovici expeditione contra infideles inseramus, hic totum locum quamquam longiorem legentibus tradere, e re esse duximus, utpote qui coronidem historiae rerum a cruce signatis gestarum faciat.

هذه الامة المعروفة بالافرنجة وتسمّيها العامّة بالافرانسى نسبة الى بلد من امهات اعمالهم تسمى افرانسة ونسبهم الى يافث بن نوح وهو بالعدوة الشماليّة من عدوتى هذا البحر الرومى الغربى ما بين جزيرة الاندلس وخليج القسطنطينية يجاورون الروم من جانب الشرق والجلالقة من جانب الغرب وكانوا قد اخذوا بدين النصرانية مع الروم ومنها لقنوا دينها واستفحل ملكهم عند تراجع [leg. تراجح] ملك الروم واجازوا البحر الى افريقية مع الروم فملكوها ونزلوا امصارها العظيمة مثل سبيطلة وجلولا وقرطاجنة [leg. وقرطجنة] ومرناق وباغانة ولميس وغيرها من الامصار وغلبوا على من كان بها من البربر حتى اتبعوهم فى دينهم واعطوهم طاعة الانقياد ، ثم جاء الاسلام وكان الفتح فانتزع العرب من ايديهم سائر امصار افريقية والعدوة الشرقية والجزر والبحرية [leg. البحرية] مثل اقريطس [leg. اقريطش] ومالطه وصقلية وميورقة ورجعهم الى عدوتهم الشمالية ثم اجازوا خليج طنجة وغلبوا القوط والجلالقة والبشكنس وملكوا جزيرة الاندلس وخرجوا من ثناياها ودروبها الى بسايط هولاء الافرنجة فدوخها وعاثوا فيها ولم تزل الصوايف تتردد اليها.

صدرًا من دولة بنى اميّة بالاندلس وكان وُلاة افريقية من الاغالبة ومن قبلهم ايضا يردّدون عساكر المسلمين واساطيلهم من العُدْوة حتى غلبوهم على الجزر البحريّة ونازلوهم فى بسيط عدوتهم، فلم يزل فى نفوسهم من ذلك ضغاين [ضغاين .leg] وبراب بجالها [ويُربّ بجالها .leg] الطمع فى ارتجاع ما غلبوا عليه منها، كان الروم اقرب الى سواحل الشام واطمع فيها فلما وهن امر الروم بالقسطنطينيّة وروميّة واستفحل ملك الفرنجة هؤلاء وكان ذلك على بقيّة سقوط الخلافة بالمشرق فسموا حينيذ الى التغلب على معاقل الشام وثغورها فزحفوا اليها وملكوا الكثير منها واستولوا على المسجد الاقصى وبنوا فيه الكنيسة العظمى بدل المسجد ونازلوا مصر والقاهرة مرارًا حتى اباح الله للاسلام من صلاح الدين بن ايوب الكردى صاحب مصر والشام فى اواسط المائة السادسة جُنّةً واقيةً وعدا على اهل الكفر مصبوبًا فابلى فى جهادهم وارتجع ما ملكوه وطهّر المسجد الاقصى من افكهم وكفرهم وهلك على غير عمل من العزّ والجهاد، ثم عاودوا الكرّة ونازلوا مصر فى المايئة السابعة على عهد الملك الصالح صاحب مصر والشام وايام الامير ابى زكريا بتونس فضربوا ابنيتهم بدمياط وافتتحوها وتنقلوا فى قرى مصر وهلك الملك الصالح خلال ذلك وولى ابنه المعظم وامكنت المسلمين فى الغزو فرصة ايام مفيض النيل ففتحوا القراض وازالوا سُدد الماء فاحاط بمعسكرهم وهلك منهم عالم وقيّد سلطانهم اسيرًا من المعركة الى السلطان فاعتقله بالاسكندريّة حتى مَنّ عليه بعد حين من الدهر واتّفقه على ان يمكنوا المسلمين من دمياط فوفوا به على شرط المسالمة فيما بعد فنقضه لمدّة قريبة واعتزم على الحركة الى تونس متجنيا عليهم فيما زعموا بمال أدّاه تجار ارضهم اقرضوه للبانى فيما نكبه السلطان طالبوه بذلك المال وهو نحو ثلثماية الف دينار بغير موجبه يستندون اليه فغضبوا لذلك وشكوا الى طاغيته فامتعض لهم ورغّبوه فى غزو تونس لما كان فيها من المجاعة والموتان فارسل القريسيس [الفرنسيس .leg] طاغية الافرنج واسمه لويس بن لويس ويلقب بلغة الفرنج ريدا فريس [ريدا فرنس.leg] ومعناه ملك افرنس فارسل الى ملوك النصارى يستنفرهم الى غزوها وارسل الى البابه خليفة المسيح بزعمهم فاوعز الى ملوك النصرانية بمظاهرته واطلق يده فى اموال الكنايس مددًا له وشاع خبر استعداد النصارى للغزو فى سآير بلادهم وكان الذين اجابوه لغزو بلاد المسلمين من ملوك النصرانيّة ملك الانكتار وملك اسكوستا وملك تورك وملك برشلونة واسمه ريدراكون وجماعة اخرون من ملوك الفرنج هكذا ذكر بن الاثير، واهمّ المسلمين بكل ثغر شأنهم وامدّ السلطان فى سآير عمالاته بالاستكثار من العدة وارسل فى الثغور بذلك وباصلاح الاسوار واختزان الحبوب وانقبض تجار النصارى

عن تعهد بلاد المسلمين واوفد السلطان رُسُله على الفريسيس [الفرنسيس .leg] لاختبار حاله ومشارطته على ما يكف غربه وحملوا ثمانين الفا من الذهب لاستثمار شروطهم فيما زعموا فاخذ المال من ايديهم واخبرهم ان غزوه الى ارضهم فلما طلبوا المال تلوى عليهم بانه لم يباشر قبضه ووافق شانهم معه وصول رسول عن صاحب مصر فحضر عند الفريسيس [الفرنسيس .leg] واستجلس فابى وانشده قايما من قول بن مطروح شاعر السلطان بمصر

قل للفريسيس [للفرنسيس .leg] اذا جيته ... مقال صدق من قوول نصيح
اجرك الله على ما جرى ... من قتل عُبّاد نصارى المسيح
اتيت مصرًا تبتغي ملكها ... تحسب ان الزمر يا طبل ريح
فساقك الحين الى ادهم ... ضاق به عن ناظريك الفسيح
وكل اصحابك اودعتهم ... بسوء تدبيرك بطن الضريح
سبعين الفا لا ترى منهم ... الا قتيل او اسير او جريح
الهمك الله الى مثلها ... لعل عيسى منكم يستريح
ان يكن الباب بذا راضيا ... فرب غش قد اتى من نصيح
فاتخذوه كاهنا انه ... انصح من شق لكم او سطيح
وقل لهم ان ازمعوا عودة ... لاخذ ثار او لفعل قبيح
دار ابن لقمان على حالها ... والقيد باق والطواشي صبيح

يعني بدار لقمان موضع اعتقاله بالاسكندرية وبالطواشي صبيح الرجل الموكل به والطواشي في عرف اهل مصر هو الخصي فلما استكمل انشاده لم تزد تلك الطاغية الا عتوا واستكبارا واعتذر عن نقض العهد في غزو تونس بما يسمعه عنهم من المخالفات عذرا دافعهم به وصرف ساير الرسل من شتى الافاق من يومه فوفدت رسل السلطان منذرين بشانهم وجمع الطاغية حشده وركب اساطيله الى تونس اخر ذي القعدة سنة ثمان وستين فاجتمعوا بسردانية ويقال بصقلية ثم واعدهم بمرسى تونس واقلعوا ونادى السلطان في الناس بالنذير بالعدو والاستعداد له والنفر الى اقرب المراقي وبعث الشواني لاستطلاع الخبر واستتهم اياما ثم كان عنده (؟) قراره ثم توافت الاساطيل بمرسى قرطاجنه [قرطاجنة .leg] وتفاوض السلطان مع اهل الشورى من الاندلس والموحدين وحلتهم وشانهم من النزول بالساحل او صدهم عنه فاشار بعض بصدهم حتى تنفذ ذخيرتهم من الزاد والماء فيضطرون الى الاقلاع وقال الاخرون اذا اقلعوا من مرسى الحضرة ذات الحامية والعدد صبحوا بعض الثغور سواها فملكوه واستباحوه

واستصعبت مغالبتهم عليه فوافق السلطان على هذا وحلوا وشانهم من النزول فنزلوا بساحل قرطاجنة [leg. قرطاجنّة] بعد ان ملئت سواحل رادس بالمرابطة من جند الاندلس والمطوّعة زها اربعة الاف فارس لنظر محمد بن ابى الحسين رييس الدولة ولما نزل النصارى بالساحل وكانوا زُهاً ستة الاف فارس وثلاثين الفا من الرجل فيما حدّثنى ابى عن ابيه رحمه الله قال وكانت اساطيلهم ثلثماية .بين كبار وصغار وكانوا سبعة يعاسيب كان فيهم الفرنسيس واخوه حرون [leg. كرول] صاحب صقلية وصاحب الجزر والعلجة روح [leg. زوج] الطاغية وتسمى الرينه [leg. الرينه] وصاحب البرّ الكبير وتسميتهم العامة من اهل اخبار ملوكا ويعنون انهم متباينون اظاهروا على غزو تونس وليس كذلك وانما كان ملكاً واحداً وهو طاغية الفرنجة واخوه وبطارقته عد كل واحد ملكا لفضل قومه وشدة باسه فانزلوا عساكرهم بالمدينة القديمة من قرطاجنة وكانت مايلة الجدران واضطربوا المعسكر بداخلها ووصلوا ما فصله الخراب من اسوارها بالواح الخشب ونضدوا شرّ افاتها وادارو على السُور خندقا بعيد المهوى وتحصّنوا وندم السلطان على اضاعة الحزم فى تخريبها او دافعهم عن نزلها واقام ملك الافرنجة وقومه متمرسين بتونس مدة ستة اشهر والمدد ياتيه فى اساطيله من البحر من صقلية والعدوة بالرجل والاسلحة والاقوات، وسلك بعض المسلمين طريقا فى البُحيرة واتبعهم العرب فاصابوا غرة فى العدو وظفروا وغنموا وشعروا بمكانهم وكفلوا بحراسة البحيرة وبعثوا فيها الشوانى بالرماة ومنعوا الطريق اليهم، وبعث السلطان فى ممالكه حاشرا فوافته الامداد من كل ناحية ووصل ابو هلال صاحب بجاية وجاءت جموع العرب وسدويكش وولهاصة وهوارة حتى امدّه ملوك المغرب من زناتة وسرّح اليه محمد بن عبد القوى عسكر بنى توجين لنظر ابنه زيان واخرج السلطان ابنيته وعقد لسبعة من الموحدين على ساير الجند من المرتزقة والمطوّعة وهم اسماعيل ابن ابى كلداسن وعيسى بن داوود ويحيى بن ابى بكر ويحيى بن صالح وابو هلال عباد صاحب بجاية ومحمد بن ابى الحسن ومحمد بن عبو وامرهم كلهم راجع ليحيى بن صالح ويحيى بن ابى بكر منهم واجتمع من المسلمين عدد لا يحصى وخرج الفقها والصالحا والمرابطون المباشرة للجهاد بانفسهم والتزم السلطان القعود بايوانه مع بطانته واهل اختصاصه وهم الشيخ ابو سعيد المعروف بالعود الرطب ومحمد بن ابى الحسين وقاضيه ابو القاسم بن البرا واخو العنس واتصلت الحرب والتقوا فى منتصف محرم سنة تسع بالمنصف تزاحف يومئذ يحيى بن صالح وحرون [leg. وكرول] فمات من الفريقين خلق وهجموا على المعسكر بعض العشايا وتدامر المسلمون عنده ثم غلبوا عليه بعد ان قتل من النصارى زها

خمسماية فاصبحت ابنيته مضروبة كما كانت وامر بالخندق على المعسكر فتعاورته الايدى واحتفر فيه الشيخ ابو سعيد بنفسه، وابتلى المسلمون بتونس وظنوا الظنون وهمّ السلطان بالتحوّل عن تونس الى القيروان، ثم انّ الله اهلك عدوهم واصبح ملك الفرنجة ميتا يقال حتف انفه ويقال اصابه سهم غرب فى بعض المواقف فاثبته ويقال اصابه مرض الوبا ويقال وهو بعيد انّ السلطان بعث اليه مع سليمان بن حرام الدلاحى بسيف مسموم كان فيه مهلكه، ولما هلك اجتمع النصارى على ابنه دمياط سُمى بذلك لميلاده بها فبايعوه واعتزموا على الاقلاع وكان امرهم راجعا الى العلجة فراسلت المستنصر ان يبذل لها ما خسروه فى مونة حركتهم وترجع بقومها فاسعفها السلطان لما كان العرب اعتزموا على الانصراف الى مشاتيهم وبعث مشيخة الفقها لعقد الصلح فى ربيع الاول سنة تسع وستين فتولى عقده وكتابه القاضى بن زيتون لخمسة عشر عاما وحضر ابو الحسن على بن ابى عمرو واحمد بن الغماد وزيان بن محمد بن عبد القوى امير بنى توجين واختص خرون [كرول .leg] صاحب صقليه بسلم عقدهُ على جزيرته واقلع النصارى باساطيلهم واصابهم عاصف من الريح اشرفوا منه على العطب وهلك الكثير منهم، واعزم السلطان الرعايا ما اعطا العدو من المال فاعطوه طواعية يقال انه عشرة احمال من المال وترك النصارى بقرطاجنة تسعين منجنيقا وخاطب السلطان صاحب المغرب وملوك النواحى بالخبر ودفاعه عن المسلمين وما عقده من السلم واوعز بتخريب قرطاجنة وان توتى بنيانها من القواعد فصيرها بها باطامسة (!)، ورجع الفرنجة الى عدوتهم فكان اخر عهدهم بالظهور والاستفحال ولم يزالوا فى تناقص وضعف الى ان افترق ملكهم عمالات واستمدّ صاحب صقلية لنفسه وكذا صاحب نابل وجنوة وسردانية وبقى بيت ملكهم الاقدم لهذا العهد على غاية من الفشل والوهن، والله وارث الارض ومن عليها وهو خير الوارثين ✿

"Haec gens, quae vulgo nomine *Frandja* cognita est, *Fransi*, secundum primariam inter ejus regiones, *Fransiam* appellatam, universe nominatur. Originem a Jafeto Nuhi filio deducunt. In littore septentrionali, quod unum est littorum duorum maris mediterranei occidentalis, peninsulam Hispaniae et Constantinopolim intercedentis, habitant, et Graecis ab oriente, ab occidente autem Galliciae sunt vicini. Eodem tempore, quo Graeci religionem amplecterentur Christianam, hi quoque eam erant professi, et ab illis fidem acceperant suam. Quum regnum Graecorum praevaleret, horum etiam im-

perii vires accrescere coeperunt, et una cum iis mare trajicientes, Afrikam occuparunt, in cujus urbibus magnis, sicut Subeitala, Helul, Kartagena, Mirtak, Baghaia, Lamis et aliis consederunt, et incolas earum, qui e gente erant Berberorum, adeo vicerunt, ut non solum religionem eorum sequerentur, sed etiam obedientiam praestarent absolutam. Tum Islamismus venit, et Arabes ceteras Afrikae urbes, littus ejus orientale et insulas maritimas, sicut Cretam, Maltam, Siciliam atque Majorcam, potestati Francorum eripuerunt et eos in littus boreale repuleruut. Postea fretum Tandjitanum transgredientes, Gothos, Galliciam et Baskos subegerunt et, peninsula Hispaniae subjecta, per clivos et montium ejus angustias in campos horum Francorum descenderunt, quos subjugarunt et magna noxa affecerunt. Neque Arabum expeditiones aestivae, huc identidem susceptae, jam inde a condito Umajidarum in Hispania imperio, umquam desierunt. Praefecti etiam provinciarum Afrikae ex Aghlabitis et ante eos etiam classes Muslimorum et exercitus e littore Afrikae duxerant, donec in insulis maritimis Francos vincerent et in campis littori eorum proximis aggrederentur. Posthac animi Francorum odium ob has victorias susceptum retinuerunt, et per Afrikae statum semper crevit cupido ea recuperandi, quae Muslimi in ea occupaverant. Ipsa vicinitas Graecos ad oras Syriacas expugnandas excitavit. Sed quum res eorum et Constantinopoli et Romae debilitarentur, regnum autem horum Francorum eodem tempore accresceret, quo Khalifatus Orientalis magis magisque labaret, et Franci etiam arces Syriae et confinia occupare studerent; ii, expeditione eo facta, non multa solum eorum expugnarunt, sed Mesdjedi el Aksa etiam potiti, in ejus loco maximum aedificarunt templum Christianum. Tum vicibus repetitis Misram [s. Aegyptum] et Kahiram aggrediebantur, donec Deo placeret, medio seculo sexto, clypeum, Islamismum protegentem, manifestare in Salah el dino Curdo filio Ejubi, eodemque Aegypti Syriaeque domino, qui in infideles effuse irruens, specimina virtutis in iis debellandis edebat clarissima, et, ne ceteras loquar actiones ejus gloriae ac strenuitatis plenas, regiones, quas illi expugnaverant, recuperabat et Mesdjedum el Aksa ab illorum mendaciis et improbitate purificabat. Postea seculo septimo aliquando Franci huc reverterunt et Aegyptum sunt aggressi eo tempore, quo Salih rex erat Aegypti et Syriae, Tunesi autem Abu Zacarja Emirus imperabat. Castris ad Damiatam positis, eam expugnarunt Franci et deinde in op-

pidis Aegypti circumierunt. Interea Salih rex moritur et ei Mua'tthim filius succedit. Occasionem, quam Aegyptiis jam praebebat inundatio Nili ad hostes exstirpandos, lubenter ii arripuerunt. Receptaculis enim aquarum apertis et aggeribus, ad fluvium coërcendum exstructis, sublatis, castra Francorum tanta aquae vi circumdederunt, ut magnus hominum numerus interiret, et imperator ipse eorum ex acie vinctus ad Sultanum duceretur, qui eum in custodiam Alexandriae dedit, donec, tempore aliquo praeterlapso, ea conditione eum dimitteret, ut Franci Damiatam Muslimis possidendam traderent. Id quod secundum pacis conditiones omnino effecerunt. Postea vero foedus mox rupit rex ille et secum constituit, ut contra Tunesum proficisceretur, caussam praetendens falsam, quod incolae spopondissent pro pecunia solvenda, quam mercatores e terra eorum [Francorum] contendebant, se clam mutuo dedisse propterea quod Sultano afflicto opus ea fuisset. Eam jam ab eo postularunt pecuniam, quae fere ter centies mille aureos efficiebat, sine ulla caussa quam allegare potuerint. Eam ob rem ira accensi apud regem suum questi sunt. Hinc contra Tunenses ira ita affectum illi ad bellum contra urbem eo potius suscipiendum excitarunt, quo magis jam fames pestisque ibi grassabantur. Nuntios jam circummisit Fransis, tyrannus Francorum, cui nomen erat Luis ben Luis [Ludovicus filius Ludovici] et cognomen in lingua Francorum Rei da Frans i. e. Rex Fransorum; legati etiam ejus de auxilio ad Tunesum aggrediendam mittendo, ad reges Christianos venerunt. Ad Papam etiam, qui, ut isti putant, Messiae est vicarius, misit. Hic reges Christianos ad opem Ludovico ferendam excitavit, cui etiam, ut subsidio ei essent, divitias ecclesiarum adhibendas permisit. Jam per omnes eorum regiones nuntius de praeparatione Christianorum ad hoc bellum suscipiendum perlatus est. Qui e regum numero bello suscipiendo assenserant, hi fuerunt: Rex Angliae, Rex Ascustae (?), Rex Turek (?), et [Jacobus] Rex Barcelonae, cui nomen erat Rei d'Arakun, et multi alii Francorum reges. Ita Ibn el Athir rem narrat. Jam in finibus Muslimorum, status eorum magnam excivit tristiam. Sultanus quidem in ceteris suis regionibus, dispositionibus multis faciendis, opem tulit, et in loca etiam hostibus vicina legatos misit, qui et easdem res ibidem efficerent, simulque muros reficiendos, annonamque comparandam curarent. Mercatores etiam Christiani detinebantur, quo minus terras visitarent Muslimorum. Sultanus legatos ad regem

Franciae tum misit, qui et statum ejus explorarent et conditiones, quibus ira ejus placaretur, scirent. Octoginta millia aureorum eam ob rem apportabant, quibus conditiones suas accipiendas facere credebant. Rex verum pecuniam e manibus eorum recepit, sed simul expeditionem contra eorum terram iis annuntiavit. Quum hi igitur pecuniam sibi reddendam postularunt, ille animo simulato respondit, se ipsum eam non accepisse. Haec res eodem accidit tempore, quo legatus a domino Aegypti adveniret. Hic copiam regis adeptus, quum assidere rogaretur, hunc abnuit honorem et hos versus Ibn Metruhi, poëtae Sultani Aegyptiaci, stans recitavit

Dic Fransiso, quum ad eum adveneris, dictum verum a pulchre loquente et ingenuo.
Deus tibi praemium tribuat ob id, quod accidit in caede cultorum Messiae Nazareni:
Aegyptum advenisti, ejus cupiens possessionem, persuasus, —
Fortuna autem adversa te in compedem duxit, in quo oculi tui ampliorem locum videre non poterant.
Prava tua agendi ratione venter sepulchri omnes comites tuos servat.
Neminem e septuaginta millibus vides, nisi mortuum, captivum, aut saucium.
Deus tibi similem inspiret expeditionem; forsitan Jesus vos securos reddet.
Nam si animis hoc placuerit, (et saepe fit, ut Messias ei adsit, qui imploret,)
Eum vobis sumite hariolum, fidelior eum est fratre vestro uterino, aut utere (?).
Et dic iis, si reverti in animo habent, sive vindictae sumendae sive facinoris sordidi perpetrandi caussa,
Domum Lukmâni adhuc exstare vinculaque superesse, et Eunuchum Sabihum.

Per *domum Lukmâni* locum indicat poëta, ubi custodiebatur rex Alexandriae; per verba *El Tevaschi Sabih* autem, custodem, cui datus erat. Tevaschi enim in dialecto Aegyptiaca Eunuchum significat. Quum recitationem finiisset, haec nihil aliud in rege effecit, quam ut superbia ejus et fastus magis etiam inde cresceret. Foedus, ruptum per bellum

in Tunetanos susceptum excusavit, discordias eorum quas acceperat, allegans; ita moras iis nectere studens. Ceteros legatos e multis regionibus eodem die remisit; et legati Sultani, rei suae certiores facti, advenerunt. Copias suas jam rex Franciae collegit et classe conscensa, mense Dhi-l Ka'dae anno DCLXVIII (qui die 30 Aug. A. C. 1269 coepit) Tunesum profectus est. Omnes in Sardinia, vel secundum alios in Sicilia, sese conjunxerunt et postquam portum Tunesi locum conventûs communem constituerant, vela dederunt. Sultanus interea praecone hominibus publicavit, eos contra hostes se cavere et praeparare debere, et in deserta (?) proxima confugere. Naves etiam speculatorias dimisit, quae nuntium rerum ei adferrent. Deinde varia fecit itinera, et postea firmam suam mansionem occupavit (?). Classis jam in portu Kartagenae completa erat, et Sultanus cum hominibus ex Hispania et Muvahhedinis consilii gnaris commercium habuit consulturus, utrum permitteretur hostibus in littus descendere, an magis prodesset eos inde arcere. Quidam consultum habuerunt, eos tamdiu a littore cohibere, donec thesauri eorum frumenti et aquae essent consumti. Tum certo altum petere cogentur. Alii autem dixerunt, si ab hoc portu abierint, qui et militibus et rebus bello necessariis bene est instructus, mox ad alia loca, finibus regni finitima, venient, quae, quum iis erit defensio contra hostes difficilior, capta diripient. Huic sententiae quum faveret Sultanus, inde abierunt. Descensu igitur libero facto, Franci in littus Kartagenae descenderunt, postquam littora Radesi (?) repleta erant Murabitis ex exercitu Hispaniae, quibus se conjunxerant milites voluntarii, numero quatuor millia equitum, duce Muhammede ben Abi-l Husein, imperii principe. Christiani, qui in littore descenderunt sex millia equitum et triginta millia peditum erant, sicut pater meus, id quod a patre suo acceperat, mihi tradidit. Classis eorum e trecentis navibus, si magnas parvasque una numeraveris, constabat. Septem fuere principes, in quibus Fransis et frater ejus, Carolus, Siciliae dominus, insularum dominus, Aldja, uxor regis, quae Reina [*Reine*] appellabatur, et dominus magnae terrae. Plurimi Historiographi eos reges nominant, hoc nomine indicantes, eos, quemque pro sua parte et separatim, bello Tunetano suscipiendo auxilium praebuisse. Id quod plane falsum est. Nam nemo, nisi Franciae Tyrannus, rex erat; fratres autem ejus et nobiles, pro praestantia suae gentis et virtute sua ipsorum eximia, regibus adnumerabantur. Franci igitur ur-

bem Kartagenae antiquam sedem elegerunt, cujus parietes vetustate ruinam minabantur. Castris intra urbem positis, muros, ubi ruina eos diduxerat, tabulis ligneis refecerunt, et damna eorum maxima curarunt. Fossa deinde muros circumdederunt valde lata, et se muniverunt. Jam Sultanum poenituit, se omnino caruisse ea providentia, ut urbem illam diriperet, aut hostes ab ejus occupatione arceret. Rex Franciae ejusque populus sex menses hic commorati Tunesum omnimodo presserunt, dum naves ejus et e Sicilia et e terra firma viros, arma et commeatum continue ei apportabant. Muslimi interim aliquot viam per lacum ingredientes, quos Arabes etiam sequebantur, mane hostes offenderunt et in pugna victores praedae potiti sunt. Franci vero locum eorum animadvertentes, continui erant in lacu custodiendo: navibus etiam in eum demissis, sagittariis armatis, viam ita iis occluderunt. Sultanus in omnes suas provincias, auxilia convocandi caussa, misit, et ab omnibus regionibus subsidia ei advenerunt. Advenit itaque Abu Helâl Bedjajae dominus et magnus hominum numerus ex Arabibus et tribubus Sedvikesch, Vulhasa, et Huvara; immo reges Meghrebi e tribu Zenâta ei opitulati sunt. Muhammed ben A'bd el Kuvi ad eum misit exercitum Tudjinensium, duce filio Zejâno. Castra jam eduxit Sultanus et septem viris e Muvahhedinis, Ismaëli Ibn A'li Kildâsin, I'sae ben Dauud, Jahiae ben Abi Becr, Jahiae ben Salih, Abu Helâl, omnibus domino Bedjajae servis, et Muhammedi ben Abi-l Hasan et Muhammedi ben A'bu, imperium in copias militum tum stipendiariorum tum voluntariorum dedit. Summam tamen in omnes imperium apud Jahiam ben Salih et Jahiam ben Abi Becr esset. Numerus Muslimorum haud numerandus huc erat collectus, et Fakihi, virique sancti et Murabiti, ut ipsi pugnam contra infideles obirent, exierant. Sultanus in porticu suo sedebat una cum familioribus et interioris consuetudinis amicis, qui fuerunt Scheikh Abu Sa'id, nomine U'd el Ratb vulgo notus, Muhammed ben Abi-l Husein, Abu-l Kasim ben El Berâ Kadhi ejus et Frater El A'nsi. Medio mense Muharremi anno DCLXIX (qui die Aug. A. C. 1270 coepit) pugna commissa, uterque exercitus medio die prelium inierunt et hoc die Jahia ben Salih et Carolus contra se invicem pugnarunt. Utrimque multi caeduntur. — Hostes nocte quadam castra eorum adorti sunt, ubi primo Muslimi vigiles noctem agebant, et postquam quingenti Christiani fuerant occisi, eorum potiti sunt. Attamen castra mox, sicut antea fuerant, po-

sita erant, quae fossa circumdari jussit Sultanus. In hoc opere perficiendo maximam adhibuerunt assiduitatem et Scheikh Abu Sa'id ipse fodit. Muslimi vero Tunesi variis modis afflicti inter diversas opiniones suspensi erant et Sultanus secum cogitavit, Tuneso Keiruvânum migrare. Sed Deus a periculo eos liberavit, hostem eorum interficiens. Nam Rex Franciae mortuus est, sive morte naturali sive, ut alii volunt, sagitta saucius, cujus jaculator latuit, et quae in parte lateris laetale gravissimum inflixerat vulnus, sive, secundum aliorum sententiam, morbo pestis tactus, sive, id quod a veritate longissime abest, ense venenato, quem ad eum miserat Sultanus per Suleimanum ben Haram Delahi. Rege mortuo, in unum convenerunt Christiani, et consensu omnium communi filio Damiato (ita appellato, quia Damiatae natus erat) sacramentum dixerunt et reditum decreverunt. Aldja, apud quam summa erat rerum, legatos ad Mustanserum misit, ut se cum populo suo reverti sponderet, si commeatum itineri necessarium, quo essent destituti, ei dare vellet. Sultanus, quum Arabes constituissent abire ubicumque vellent, ei opitulatus est, et Doctores Fakihorum ad pacem componendam prima die mensis Rebi' anno DCLXIX ablegavit. Kadhio Ibn Zeitûn paci faciendae et scribendae in quindecim annos praefecit. Aderant praeterea Abu-l Hasan A'li ben Abi A'mru, et Ahmed ben I'mad el din et Zejân ben Muhammed ben A'bd el Kuvi, Emirus Beni Tudjin. Carolus Siciliae dominus pro insula sua foedus separatim pepigit. Jam Franci vela dederunt; sed in itinere tanta venti vis classem obruit, ut paene perirent et multi etiam ex iis vitam amitterent. Subditis jam proposuit Sultanus, sibi dare opes, per quas hosti satis faceret. Hi libenter obediverunt et tantam pecuniae summam comparavit, ut decem onera jumenti efficeret. Kartagenae Christiani nonaginta machinas bellicas reliquerunt. Sultanus reges Meghrebi et regionum vicinarum edocuit, se hostes abegisse Muslimorum, et pacis foedus quod pepigerat iis annuntiavit. Kartagenam plane devastare constituit adeo ut aedificia a fundamentis evellerentur — — . Franci in terram suam reverterunt. Hoc ultimum fuit tempus eorum apparitionis et virtutis; nam magis magisque in se invicem destruendo et debilitate processerunt, donec regnum eorum in varias provincias discinderetur. Quare factum est, ut dominus Siciliae sicut Neapoleos, Genuae et Sardiniae principes sibi proprias vindicarent provincias, dum hoc etiam tempore antiqua regni

illius sedes in summa manet debilitate et infirmitate. Deus terrae et in ea habitantium haeres est; is quidem optimus haeredum."

Quas in hoc loco inveni difficultates, maximam partem ejus erant indolis, ut iis, sine aliorum manuscriptorum ope, non mederi possem. — Versuum, qui pag. 111. leguntur, apud Abulfedam sex videbis [*Annall.* Tom. IV p. 512]; sed his etiam adhibitis, interpreti dubia haud minuuntur. In nominibus plerisque errorem latere, legentibus abunde patet. Ubi textum plane corruptum credidi, potius versionem omisi, quam ut, crisi male adhibita, rem per se difficilem redderem impeditiorem.

—— *lin.* 20. In codice Rousseauiano سنيا pro سيفا, ut heic exstat, legitur, quae vox, quum *excelsum*, *pretiosum*, *pulchrum* vel *nobilem* significet, sensui magis accommodata, quam lectio recepta, forsitan videatur.

—— *lin.* 24. *Burt* sine dubio montes Pyrenaeos nominat noster. Nomen a برت distortum etiam apud *Abu-l fedam* (تقويم البلدان ed. *Reinaudii* et *de Slanii* p. ff) eodem sensu occurrit.

Pag. 50 *lin.* 6. Siciliae occupationem, cujus mentionem noster infra pag. 90 fecit prolixiorem, anno Hedjrae CCCCLXXXIV (qui die 24 Febr. A. C. 1091 coepit) factam esse, apud *Abu-l fedam* legitur (*Annales* III, p. 279). De *Berduilo* seu *Balduino*, quem pag. 90. Noster denuo introducit, ille nihil narrat. In nomine, ni fallor, vitium latet.

—— *lin.* 13. Auctores orientales, qui hanc belli caussam exponunt, sicut *Maraï* et *Abu-l Mahasen*, dicunt, *Musta'lium* Khalifam Aegypti fuisse, qui Francos excitasset. (cfr *Wilken*, Commentatio de Bell. Cruc. ex Abulfeda Histor. p. 18.)

—— *lin.* 5 *infra*. — *terram Ibn el Nun*. Cod. Rousseauianus البون tantum habet, et Abu-l feda ليون (l. c. pag. 314). Vera lectio sola erit ابن ليون i. e. *filius Leonis*. *Terra filii Leonis* nomen Armeniae commune apud hujus aevi arabicos scriptores est.

Pag. 51. *lin.* 12. *Tughdekin*. Hoc loco in textu طغتكين quidem exstat; sed vitio nostro id est tribuendum. In codicibus enim Bodleianis (sicut in codice Upsaliensi *Ibn el Athiri* quoque ubique exstat) semper طغدكين scribitur, quam veram puto esse nominis scribendi ra-

tionem. — Narratio de Antiochia a Francis expugnata, jam antea ab Ibn Khaldûno, in eodem operis volumine, e quo hoc exscripsi fragmentum, exposita est. In capite libri primo: الخبر عن دولة السلجوقيّة من الترك المستولين على الاسلام i. e: *Historia Seldjukidarum dynastiae a Turcis oriundae, qui imperio potiebantur Islamico*, inscripto ejusque paragrapho 52do (codicis *a* fol. 23) invenitur, eamque, lucem huic loco sparsuram, heic insertam videre, lectorem credo non pigebit.

استيلاء الفرنج على انطاكيّة وغيرها من سواحل الشام

كان الفرنج قد ظهر امرهم فى هذه السنين وتغلبوا على صقليّة واعتزموا على قصد الشام وملك بيت المقدس وارادوا المسير اليها فى البرّ فراسلوا ملك الروم بالقسطنطينة ان يسهّل لهم الطريق الى الشام فاجابهم على ان يعطوه انطاكيّة فعبروا خليج القسطنطينة سنة تسعين واربعمائة وسار قليج ارسلان سُليمن بن قطلمس [قطلمش .l] صاحب قونية وبلاد الروم لمدافعتهم فهزّموه ثم مرّوا ببلاد ابن امون [ليُون .l] الارمنىّ ووصلوا انطاكيّة فحاصروها تسعة اشهر وصاحبها يوميذٍ باغى سيان فاحسن فى الدفاع عنها ثم بيتوا البلاد بمداخلة بعض الحامية اصعدهم السور بعد ان رغبوه بالاموال والاقطاع وجاوا الى السور فدلّهم على بعض المخارع ودخلوا منه ونفخوا البوق فخرج باغى سيان هاربًا حتى كان على اربعة فراسخ ثم راجع نفسه وندم فسقط مغشيا عليه ومرّ به ارمنىّ فحمل راسه الى انطاكيّة وذلك سنة احدى وتسعين واربعمائة، واجتمعت عساكر المسلمين وزحفوا الى انطاكية من كل ناحية ليرتجعوها من الفرنج وجاء قوام الدين كربوقا الى الشام واجتمعت عليه العساكر بمرج دانق وكان معه دقاق بن تتش وطغكين [وطغدكين .l] اتابك [اتابك .l] وجناح الدولة صاحب حمص وارسلان تاش صاحب سنجار وسقمان بن ارتق وغيرهم وسار الى انطاكيّة فنازلوها واستوحش الامراء من كربوقا وانفوا من ترفعه عليهم وصار [وضاق .l] الحصار بالفرنج لعدم الاقوات لان المسلمين طجلوهم عن الاستعداد فاستامنوا الى كربوقا فنعهم الامان وكان معهم الملوك بردويل وصنجيل [وصنجيل .l] وكندفرى والقمص صاحب الرها وسمند [وبيمند .l] صاحب انطاكية وهو مقدم العساكر فخرجوا استميتين وضربوا مصافًا وتخاذل بما كان فى قلوبهم من الاضطغان لكربوقا فتمت الهزيمة عليهم وءاخر من انهزم سقمان بن ارتق واستشهد منهم الوف وغنم العدو سوادهم بما فيه وساروا الى معرة النعمان فملكوها وافحشوا فى استباحتها ثم سار الى غرنه [غزة .l]

فحاصروها اربعة اشهر وامتنعت عليهم وصالحهم ابن منقذ على بلده شيزر وحاصروا حمص فصالحهم صاحبها جناح الدولة ثم ساروا الى عكا فامتنعت عليهم وهذا كان بداية ملك الفرنج لسواحل الشام ويقال ان سببه من خلفا العلويين بمصر لما خاشوا من السلجوقية عند استيلاءهم من الشام الى غزة وزحف الاقسيس من امرايهم الى مصر وحاصرها فراسلوا الفرنج واستدعوهم لملك الشام ليشغلوهم عن انفسهم ويحوّلوا بينهم وبين مصر ✿

Quomodo Franci Antiochiam aliasque littoris Syriaci urbes occupant.

His annis res Francorum accrescere inceperat. Postquam, Sicilia occupata, expeditionem in Syriam et Hierosolymae expugnationem constituerant, iter per terram eo suscipere voluerunt. Qua de caussa regi Graecorum Constantinopoli nuntios miserunt, qui ab eo peterent, ut viam in Syriam iis redderet faciliorem, Tale responsum retulerunt, ut, si regi Antiochiam traderent Franci, id facere promitteret. Conditione accepta, sinum Constantinopolitanum anno DCCCXC transierunt. Kilidj Arslân ben Suleiman ben Kutlumisch, Iconii et regionum graecarum princeps, eos depulsurus, exiit. Fugatus tamen est. Terra Leonis Armeni trajecta, Antiochiam venerunt Franci, eamque per novem menses obsiderunt. Baghi Sejân, qui tum imperium tenuit urbis, in ea defendenda summam vim exseruit. Hostes autem clam quendam e praesidio obierunt, qui eos in muros adscendere faceret; et postquam eum muneribus et beneficiis corruptum incitaverant, muris adpropinquarunt, ubi ille iis muri fissuras indicabat, per quas intrantes lituos sonare coeperunt. Quo facto Baghi Sejân se in fugam conjecit. Sed ille quatuor parasangas ab urbe profectus, poenitentia captus reversus est, et in itinere prae lassitudine deliquium passus, ab Armeno quodam inventus est, qui occisi caput Antiochiam tulit. Quae omnia anno CCCCXCI (qui die 8 Dec. 1097 coepit) acciderunt. Exercitus interim Muslimici collecti, expeditionem praeparant, qua Antiochiam, ubi ex omni parte concurrerunt, Francis eripiant. Kevâm el din Kerbuka in Syriam etiam advenit, et copiae ad eum confluentes in Merdj Danek castra ponunt. Cum eo Dukak ben Tutusch, Tughdekin Atabek, Djenah el daula, Emessae princeps, Arslân Tasch, Sendjâri princeps, Sukmân ben Urtuk, aliique multi duces etiam iter Antiochiam ingressi, urbem corona cinxerunt. Ceteri vero principes Kerbukam metuentes, superbiam quoque, qua se in eos gerebat haud

tolerandam fastidiverunt. Franci obsidione ideo maxime premebantur, quod celerius eos Muslimi aggressi erant, quam ut commeatum sufficientem praeparassent. Fame igitur pessime afflicti, Kerbukam de deditione adierunt; ille tamen abnuit. Tum reges Francorum Berduil, Sandjil, Cundufri, Comes, Rohae [Edessae] princeps, et Bujmund, Antiochiae post princeps, nulla spe relicta, acie instructa, excursionem fecerunt. Muslimi ob odium in Kerbukam statim in fugam se conjecerunt, et mox clades copiarum perfecta est. Ultimus vero qui fugit Sukmân ben Urtuk fuit. Millia etiam militum gloriosa morte occubuerunt. Hostes, impedimentis omnino direptis Muslimorum, Ma'rram Nu'mani profecti sunt eamque ceperunt, ibique foedissimam ediderunt stragem et spoliationem. Deinde Ghazam venientes, urbem quatuor menses frustra obsederunt. Pacem tandem Ibn Munkud ab iis nactus est pro urbe sua Scheizer. Emessam postea obsederunt; sed Djenah el daula etiam huic pacem restituit. Jam Accam circumvallarunt; sed frustra. Hoc fuit initium occupationis Syriaci littoris a Francis factae; cujus caussa, ut ajunt, Khalifis A'lidis in Aegypto debetur. Hi enim, quum Seldjukidas, qui jam Syriam Gazam usque occupaverant et Aksisum unum ex Emiris suis ad Kahiram obsidendam miserant, valde timerent, Francis nuntium ablegarunt, quo eos ad Syriae expugnationem excitarent. Ita demum Seljukidas a se averterent, et vallum quasi inter eos et Agyptum Francos collocarent."

Pag. 52. lin. 3. — per tres dies. Saepius in nostro vocabulum ثلاثا absolute pro ثلاثة ايام compendii caussa positum invenies. Sic h. l. استباحهم ثلاثا, text. p. 11. l. 16: قاتلوا ثلاثا, pag. 29. l. 7: نهبها ثلاثا, pag. 37. l. 15: وقاتلوها ثلاثا, et pag. 125. l. 3: متصم ثلاثا occurrunt. Mihi hanc vocem primo intuenti, ea mihi valde molesta videbatur, donec in Ibn el Athiro cum nostro comparando pag. 66. cod. Ups. ثلاثة ايام, ubi in eadem narratione noster ثلاثا (pag. 37) habebat, scriptum viderem; qua re mea de vocis significatione dubia statim tollebantur. Numerum certum pro incerto, amore quodam numeri ternarii, apud Arabes mira sanctitate gaudentis, ductos scriptores ita adhibuisse sole clarius est. Ejusmodi compendium pag. 40 l. 14: واقام عشرا, usum dictum etiam ostendit atque confirmat. At tales loquendi formulas, ut alias in numeralium structura anomalias, apud nostrum haud raras, ex. c. abjectionem casûs من in decenariorum pluralibus ante res numeratas, a classicae linguae aetate abhorrentes, ad posterius ejus aevum relegendas credo.

—— *lin. 15. Suveih.* Vitium est; legendum *Suvendj* et in textu سونج scribendum. Ita enim constanter nomen apud *Abu-l Faradjium* [text. arab. p. 369] scribitur et in *Ibn el Athiro* (cod. Ups. p. 4. sectionis tertiae, quam semper heic intelligo) eodem modo legitur.

Pag. 53. l. 8. Furnus. Haec vox interpretum curas valde agitavit. *Barhebraeus* in Chron. Syriaco ed. Bruns. et Kirsch. text. p. 282. fere eadem de hac praeda narrat, sic se exprimens: *Rapuerunt etiam furnum argenteum lampadibus inservientem, quadraginta litrarum Syriacarum.* H. l. ܬܢܘܪܐ ܕܣܐܡܐ ܕܩܢܕ̈ܝܠܐ nostri تنور من الفضة respondent. ܩܢܕ̈ܝܠܐ vero e voce قنديل fluxisse mihi veri simillimum est et explicationis caussa ܬܢܘܪܐ appositum potius quam ut aliquid novum per se significet. Ceterum sic *de Sacy* (citante *Wilkenio*, Gesch. d. Kreuzzüge I. p. 296.) de hoc vase sese exprimit: *"une grande lampe ou plutôt un grand vase qui contient plusieurs lampes et dont on orne les mosquées."* Cfr etiam *Wilken*, commentatio de bell. cruc. ex Abulfeda historia pag. 32. et *de Sacy*, Exp. de la relig. des Druses p. CCCLXV. Ita melius *Lychnuchus* vox vertenda est.

—— *lin. 21. Muhammed el Melik.* In nostri fragmento statim edendo مجد الملك et in cod. Rousseauiano مجد الدين. *Medjd el Mulk* itaque praeferendum puto, et loco mox citando cum hoc comparato, versio forsan rectior sic fiet: *quum res imperii Seldjukidarum, et caedes Medjd el Mulki Belasanensis, qui — — imperium, discordiaeque — nuntiarentur.* — De expugnatione Hierosolymae jam in capite de Seldjukidis, nuper citato, egit noster (cod. *a.* fol. 24). Comparationis caussa hunc etiam paragraphum (est 54tus sectionis) adjicio.

استيلاء الفرنج على بيت المقدس

كان بيت المقدس لتاج الدولة تتش واقطعه للامير سقمان بن ارتق التركمانى وكان تتس ملكه من يد العلويين اهل مصر فلما وهن الاتراك بواقعة انطاكيّة طمع المصريون فى ارتجاعه وسار صاحب دولتهم الافضل بن بدر الجمالى وحاصروا به الامير سقمان واخاه الغارى [ايلغارى .l] وابن اخيهما ياقوتى وابن عمهما سونج ونصب عليه المجانيق فتلم سوره ثم ملكوه بالامان لاربعين يوما من حصاره فى شعبان تسع وثمانين واحسن الافضل الى سقمان وابلغارى [ايلغارى .l] ومن معهما واطلقهم فاقام سقمان ببلد الرها وسار ابلغارى [ايلغارى .l] الى العراق وولى الافضل على بيت المقدس افتخار الدولة من

امرايهم ورجع الى مصر، فلما رحل الفرنج عن عكا جاوا الى بيت المقدس فحاصروه
اربعين يوما وافتحموه من ناحية الشمال اخر شعبان من سنة ثنتين وتسعين وعاثوا فى
اهلها واعتصم فلّهم بمحراب داوود عليه السلام ثلاثا حتى استامنوا وخرجوا ليلا الى
عسقلان وقتل بالمسجد سبعون الفا او يزيدون من المجاورين وفيهم العلماء .والزهاد
والعباد واخذوا نيفا واربعين قنديلا من الفضة زنة كل واحد ثلاثة ءالاف وستماية درهم
ومائة وخمسين قنديلا من الصفار وتنورا من الفضة زنته اربعين رطلا بالشامى وغير ذلك
مما لا يحصى ووصل الصريخ الى بغداد مستغيثين فامر المقتدر لن يسير الى السلطان
بركيارق ابو محمد الدامغانى وابو بكر الشاشى وابو القسم الزنجانى وابو الوفا بن عقيل
وابو سعد الحلوانى وابو الحسين بن السماك فساروا الى بركيارق يستصرخونه للمسلمين
فانتهوا الى حلوان وبلغهم مقتل مجد الملك البلسانى وفتنة بركيارق مع اخيه محمد
فرجعوا، وتمكن الفرنج من البلاد، ونحن عازمون على ايراد اخبارهم بالشام وما كان
لهم فيه من الدولة على حكم اخبار الدول فى كتابنا،

Hierosolyma a Francis capta.

Hierosolymam tenuit Tadj el daula Tutusch, qui eam Sukmâno ben Urtuk, Emiro Turcomano in feudum assignabat. Tutusch ipse antea A'lidis Aegyptiacis eam eripuerat. Quum Turcae clade ad Antiochiam accepta fracti essent, Aegyptios cupido invasit urbis recuperandae. Afdhâl igitur ben Bedr Djemaliticus, qui regni vezirus fuit, profectus, Sukmanum, fratremque ejus I'lghazium, Emiros, una cum nepote Jakuti et patrueli Suvendj, ibi obsedit. Aegypti, machinis bellicis erectis muros primo fregerunt, et quadragesima demum obsidionis die mense Scha'bani anni CCCCLXXXIX (qui die 30 Dec. A. C. 1095 coepit) deditione facta, urbem occuparunt. Sukmâno, I'lghazio comitibusque eorum bene usus Afdhâl, eos liberos exire permisit. Quorum Sukmân in urbe Edessae substitit; Ilghazi autem I'râkam petiit. Hierosolymae Iftikharum el daula, Emirum Aegyptiacum praefecit et Kahiram rediit. Franci castris Acca motis, Hierosolymam profecti, eam quadraginta dies corona cinxerunt. Ab urbis parte septentrionali eam summa vi aggressi, in fine mensis Scha'bani anno CCCCXCII (qui die 27 Nov. A. C. 1098 coepit) ceperunt, et in incolas crudeliter grassati sunt. In templo Davidis (cui pax!) pars se tres dies defenderunt, donec securitate petita et data noctu Askalonem

se reciperent. In Mesdjido plus septuaginta millia eorum, qui cultui Dei addicti, e viris doctis, monachis, Deoque devotis, ibi degerant, trucidabantur. Plus quadraginta candelabras argenteas, quarum cuique ter mille et sexcentarum drachmarum pondus erat, centum et quinquaginta candelabras aeneas et lychnuchum argenteum, quadraginta Ritl syriacos pendentem, et multas alias res haud numerandas summi pretii heic praedam ceperunt. Opem implorantium clamor Baghadum venit, Khalifamque Muktadir ita commovit ut Abu Muhammed Damghanensi, Abu becr Schaschensi, Abu-l Kasim Zendjanensi, Abu-l Vefa ben U'keil et Abu Sa'id Hulvanensi et Abu-l Husein ben Elsummak, imperaret, ut Burkiarukum Sultanum adirent, opem ejus pro Muslimis imploraturi. Itinere suscepto Hulvanum jam advenerant quum nuntius iis deferretur caedis Medjd el Mulk Belsanensis et pugnae atque discordiae inter fratres Burkiarukum et Muhammedem; quare amplius procedere consultum non rati reverterunt. Franci interea suae potestati urbes regionesque subjecerunt. Has vero res quum, sicut series dynastiarum postulat, in libro nostro exponere volumus, heic res Francorum gestas regnaque in Syria mittimus."

Pag. 54. l. 15. Kemeschtekin Tilu cum Abu-l feda (III. p. 324) scripsi.

Pag. 55. l. 3. Vox فلستعص sana esse nequit. Nullo vocabuli emendandi periculo facto, sententiam sicut potui, expressi. Quod si textum emendavero, forsan periodus hoc modo explicatior evadet: فانتغض المسلمون لذلك وقلدوه بعَضِّ الذى التزمه i. e. *Muslimi in hac re conniverunt eique se subjecerunt, temporis cedentes angustiae, quae rem faciebat necessariam.* — Pro بالامادة lectionem cod. *b* بالامان in versione praetuli.

Pag. 56. l. 2. Keidastil. In voce, quamquam vitiose scripta, nomen Comitis Franci latere, unamque ejus partem كيد in كند i. e. *Cunt*, s. Comes facillime restitui posse, unicuique apparet. Sed nihil apud auctores mihi notos de hac re inveniens, vocabulum integrum reliqui.

Pag. 57. Narratio nostri de caussa mortis Gothofredi, cum iis quae scriptores rerum a cruce signatis gestarum adhuc cogniti tradunt,

nullo modo convenit. Cfr *Wilken*, Gesch. d. Kreuzzüge II p. 57 et sq. — Post vocabula وكان اكبرهم vox aliqua, nomen proprium designans, certo excidit; quam ob rem eam in versione omisi.

Pag. 58. lin. 13. Brevitas Ibn Khaldûni, in hoc capite perobscura, sola comparatione cum Abu-l feda (III p. 338) tollitur. Nomen *Djenah el Daulae* e textu excidisse suspicor. Alioquin omnia omnino perversa fient, si legeris, Batenitam Raimundum comitem occidisse, quem statim revivere videbis. Forsitan sic textui medeamur: وحضره جناح الدولة فوثب عليه لا. Hoc modo omnia erunt expedita.

Pag. 59. lin. 22. — duce Ria. Pro *Ria* rectius scribendum est *Rej' el din* i. e. *incrementum religionis*, nisi, quum hoc nomen admodum insolitum mihi videatur, vitium voci inesse potius credideris et Mensis Rebi'i nomen (الربيع) substituendum.

Pag. 60. lin. 4 infra. Veziri. Quod h. l. et alias الصاحب per *Vezirum* verti, id ea persuasione ductus feci, ut Ibn Khaldûnum jam sua aetate hoc vocabulo eo sensu uti posse crederem, qui tempore posteriore magis magisque praevaluit. Ceterum non nego, *dominum* omnibus locis aeque bene convenire, quum Afdhâl verus esset Aegypti dominus, Khalifa nomen tantum obtinente.

Pag. 61. Abu-l feda, Abu-l faradj aliique scriptores *Djekermisch* scribunt. Lectionem codicum Bodleianorum, quae ubique constans est, tamen religione quadam motus retinui. — *Lin. 21. Impedimenta* — Lectionem textus لقوالهم, quae nihili est, in اثقالهم commutandam censui. — Paullo inferius textum denuo male sanum inveni, et sicut sensus postulare mihi videbatur, جكرمس post فاخذه, haud haesitabundus addidi. — Quae heic continentur res, a nostro in capitis nuper laudati paragrapho 72do (cod. *a* fol. 30. v.) iterum tractatae sunt. En tibi locus!

غزو سقمان وجكرمس الفرنج

قد تقدم لنا استيلاء الفرنج على معظم بلاد الشام وشغل الناس عنهم بالفتنة وكانت حران لقراجا من مماليك ملكشاه وكان عسوفا فخرج عنها لبعض مذاهبه وولى عليها الاصفهاني من اصحابه فعصى فيها وطرد اصحاب قراجا منها ما عدا غلاما تركيا اسمه جاولي

جعله مقدم العسكر وانس به فغدره وقتله وملك حرّان وسار الفرنج اليها حاصروها
وكان بين جكرمس صاحب جزيرة ابن عمر وسقمان صاحب كيفا حروب وسقمان
يطالبه بقتل ابن اخيه فانتدبا لنصر المسلمين واجتمعا على الخابور وتحالفوا وسار سقمان
فى سبعة الاف من التركمان وجكرمس فى ثلاثة الاف من الترك والعرب والاكراد والتقوا
بالفرنج على نهر البليخ فاستطرد لهم المسلمون نحو فرسخين ثم كرّوا عليهم فقتلوا
فيهم وغنموا سوادهم واخذ القمص بردويل صاحب الرهاء اسره تركمانى من اصحاب سقمان
فى نهر البليخ وكان بيمند صاحب انطاكية من الفرنج وتنكرى صاحب الساحل منهم قد
كمنا وراء الجبل لياتيا المسلمين من ورايهم عند المعركة فلما عاينوا الهزيمة كمنوا بقية
يومهم ثم هربوا فاتبعهم المسلمون واستلحموهم وأسروا منهم كثيرا وفاتت بيمند وتنكرى
بدما انفسهم ولما حصل الظفر للمسلمين غص اصحاب جكرمس باختصاص سقمان بالقمص
وحملوه على اخذه لنفسه فاخذه جكرمس من خيم سقمان وشقّ ذلك عليه واراد
اصحابه قتالهم فابى حذرا من افتراق المسلمين ورحل وفتح فى طريقه عدة حصون وسار
جكرمس الى حرّان فتسلمها واستخلف بها ثم سار الى الرهاء فحصرها خمس عشرة ليلة
وعاد الى الموصل وفاد القمص بخمسة وثلاثين الف دينار ومائة وستين اسيرا من المسلمين ۞

Expeditio Sukmâni et Djekermisi contra Francos.

Commemoravimus antea, quomodo Franci potiorem Syriae partem occuparunt, dum incolae discordia intestina ab iis debellandis distinebantur. Hoc tempore Harrânum erat Kerâdjae, uni e servis Melikschahi, qui in imperio se crudeliter gerebat. Quum iter jam susciperet, Isfahanensem, qui unus e comitibus ejus erat, urbi praefecit. Hic interea novas res contra dominum molitus, omnes Kerâdjae asseclas ejecit, uno tantum excepto servo turcico, Djauli cognominato, cui summum in exercitum imperium commisit. Djauli autem, quamquam familiaritate Isfahanensis interiore uteretur, eum tamen decepit et e medio sustulit urbemque in suam redegit potestatem. Franci contra urbem profecti, eam obsidione cinxerunt. Inter Djekermisum, dominum Djzirae ben U'mar et Sukmânum, principem Kifae bella continue ideo huc usque fuerant, quod Sukmân necem nepotis ab illo factam ulcisci voluit. Inimicitiis sepositis, se invicem ad auxilium Muslimis ferendum excitarunt, et copiis ad fluvium Khabur conjunctis, ibi sacramento interposito foedus icerunt. Sukmân cum septem millibus Turcomanorum, et Djeker-

mis cum ter mille Turcis, Arabibus et Curdis profecti, Francis ad flumen Balikh occurrerunt. Fuga simulata Muslimi circiter duas parasangas abierunt; deinde conversi, infideles ceciderunt, impedimentaque eorum diripuerunt. Balduinus Comes, Edessae princeps, in hoc certamine captus est. Turcomanus quidam e sociis Sukmâni in fluvio Balikh eum ceperat. Interea Boëmundus Antiochiae princeps, et Tancredus Syriae littoralis dominus, uterque Franci, insidias pone montem struxerant, ut a tergo Muslimos fervente pugna adorirentur. Qui quum viderent cladem suorum, reliquam hujus diei partem hoc loco substiterunt; deinde fugientes eos Muslimi persecuti ceciderunt, multosque duxerunt captivos. Et Boëmundus et Tancredus, non sine sanguinis ipsorum effusione, evaserunt. Postquam victoria a Muslimis erat reportata, comites Djekermisi moerore sunt excitati, quod Sukmân sibi Comitem captivum sumsisset, dominumque instigarunt, ut eum sibi arriperet. Djekermis igitur persuasus Comitem e castris Sukmâni cepit, id quod et huic molestum, neque minus comitibus visum est, qui pugnam contra juris violatores postularunt. Vetuit tamen Sukmân, ne dissensio inter Muslimos oriretur, et inde profectus, multa castella in via expugnavit. Castra Harrânum movit Djekermis, qui, postquam urbem per deditionem acceperat eique prefecerat vicarium, Edessam profectus est, et eam per quindecim dies obsedit. Obsidione intermissa deinde Mansulam rediit, ubi Comitem pro quinque et triginta millibus aureorum et centum et sexaginta captivis carcere liberavit."

Pag. 62. lin. 14. Artahum (codices ارباح habent) cum Abu-l feda (III pag. 354) scripsi.

Pag. 64. lin. 6. Huic narrationi aliam eadem continentem adjicio, e capite الخبر عن دولة بنى تتش بن الب ارسلان i. e. *Historia dynastiae posterorum Tutuschi ben Alp Arslân*, inscripto, ejusque paragrapho 8ᵛᵒ (cod. *a* fol. 93 v.) desumtam, cui haec est inscriptio الحرب بين طغدكين والفرنج i. e. *bellum inter Tughdekinum et Francos gestum.*

كان تحس من تامصة الفرنج على مرحلتين من دمشق يلحّ بالغارات على دمشق فجمع طغدكين العساكر وسار اليه وجاء بغدوين ملك القدس وعكّا من الفرنج بانجاد القمص فاظهر العسة [l. الغيبة] عنه وعاد الى عكّا وقاتل طغدكين القمص فهزمه واجمره

بحصنه ثم حاصره حتى ملك الحصن عنوةً وقتل اهله واسر حاميته وعاد الى دمشق
ظافرا غانما ثم سار الى حصن رقبتة من حصون الشام وقد ملكه الفرنج وبه ابن اخت
صنجيل المقيم على طرابلس يحاصرها فحاصر طغدكين حصن رقبتة حتى ملكه وقتل
اهله من الفرنج وخربه ۞

i. e. "Comes Francus, duas parasangas a Damasko sedem habens, incursionibus assiduis urbem hanc continue vexavit. Tughdekin igitur copias coactas contra eum eduxit. Balduinus Hierosolymae et Accae rex Francus auxilio comitis advenit; quum vero hic opem ejus supervacaneam esse ostenderet, ille Accam rediit, et Comitem ita destitutum Tughdekin aggressus in fugam conjecit et intra castellum suum coëgit, quod postea obsidione pressit, dum vi id caperet, incolas trucidaret et praesidium auferret in captivitatem. Quibus factis Damaskum victor et spoliis onustus revertit. Post castellum Rakbatae in Syria [s. Damaski ditione] situm, quod antea Franci occupaverant, petiit, ubi tunc erat nepos ex sorore Raimundi illius, qui Tripoli obsidendae occupatus erat; castellum obsedit, donec ejus potiretur et, incolis, qui Franci erant, occisis, id plane demolitus est."

—— *lin. 18.* — *milites.* Quoquomodo vocem رفقه torseris, nihil ex ea sanum elicies. Codices haec etiam admittere legenda possunt واخذ, وارفقه بعض فى افامية, quae tamen vitiis haud carent, nec meliorem praebent versionem. Asseclas Khalefi heic esse intelligendos, si lectionem textus receperis, sensui proximum fore credidi.

Pag. 63. In eodem Ibn Khaldûni capite, e quo nuper exscripsimus locum, alia invenitur sectio (cod. *a* fol. 94) quae ordine X^{ma} est et استيلاء الفرنج على افامية etiam inscripta, quae res hic traditas, brevitate orationis obscuriores, quodammodo illustrat. Ultima ejus verba, quae ad tempus posterius et res deinde afferendas attinent, tamen suo loco retinui, utpote quae in textu mox recurrant.

كان خلف بن ملاعب الكلابى فى حمص وملكه منه تاج الدولة تتش فسار الى
مصر واقام بها ثم بعث صاحب افامية من جهة رضوان ابن تتش بطاعته الى صاحب
مصر العلوى فبعث اليها ابن ملاعب وملكها وخلع طاعة العلوية واقام يخيف السبيل
كما كان فى حمص فلما ملك الفرنج سرمين لحق به قاضيها وكان على مذهب

الرافضة فكتب الى ابى طاهر الصايغ من اكابر العلاء ومن اصحاب رضوان وداخليهم فى الفتك بابن ملاعب ونما الخبر اليه من اولاده فحلف له القاضى بما اطمانّ اليه وتحيل [وتخيل .l] مع ابن الصايغ فى جند من قبليهم يستأمنون الى ابن ملاعب ويعطون خيلهم وسلاحهم ويقيمون للجهاد ففعلوا وانزلهم بربض افامية ثم بيته القاضى ليلا بمن معه من اهل سرمين ورفع اولئك الجند من الربض فى الحبال وقتلوا ابن ملاعب فى بيته وقتلوا معه ابنه وفرّ الآخر الى ابى الحسن بن منقذ صاحب شيزر وجاء الصايغ من حلب الى القاضى فطرده واستبدّ بافامية وكان بعض اولاد بن ملاعب عند طغدكين وولاه حماية بعض الحصون فعظم ضرره فطلبه طغدكين فهرب الى الفرنج واغراهم بافامية ودلّهم على عورتها وعدم الاوقات فيها فحاصروها شهراً وملكوها وقتلوا القاضى والصايغ وذلك سنة تسع وتسعين، وقد ذكرنا قبلُ ان الصايغ قتله ابن بديع وتتش (فى) حلب بعد مهلك رضوان فالله اعلم ايهما الصحيح، ثم ملك صاحب انطاكية من الفرنج حصن الاثارب بعد حصار طويل فملكها عنوة واستلحم اهلها وفعل فى زردنة مثل ذلك ورحل اهل منبج وبالس وتركوهما خاويين وملكوا صيدا بالامان وطلب اهل الحصون الإسلامية الهدنة من الفرنج فاعطوها ذلك على ضريبة فرضوها عليه فكان على رضوان فى حلب واعمالها ثلثون الف دينار وعلى صور سبعة الاف وعلى ابن منقذ فى شيزر اربعة الاف وعلى حماة الفا دينار وذلك سنة خمس وخمسمائة ✿

"Khalaf ben Mulâa'b Kelabita Emessae regnaverat, unde Tadj el daula Tutusch eum ejecerat. Aegyptum tum petiit et ibi commoratus est. Interea dominus Apameae, quem Rudhvân suo nomine ibi instituerat, ad principem Aegypti A'lidam misit, ut fidem suam ei testaretur. Ibn Mulâa'b tum inde mittitur, Apameam occupaturus. Quo facto fidem A'lidis datam violavit, et sicut Emessae jam antea fecerat, vias infestando pacem turbavit regionis. Postquam Franci Sarminum expugnaverant, ad eum judex hujus urbis summus, qui sectae Rafeditarum erat addictus, se contulit. Litteras hic ab Abu Taherum el Saigh, unum e principibus nobilissimis et comitem simul Rudhvâni misit, ut eos permoveret ad Ibn Mulâa'b obruendum. Quum hujus rei fama per filios ad Ibn Mulâa'b esset delata, sacramento interposito judex suspicionem sustulit, fidemque illius in se confirmavit. Una cum Ibn el Saigh eum excogitavit dolum, ut ad Ibn Mulâa'b milites ex hujus exercitu confugerent, et equis armisque traditis pugnae obeundae essent parati. Quod quum fa-

cerent, eos in suburbiis Apameae collocavit. Deinde eum adgressus est judex noctu cum iis ex incolis Sarmini, qui ab ejus partibus stabant, et militibus, quos e suburbiis per funes sustulerat. Ibn Mulâa'bum in domo sua trucidarunt et filium alterum; sed alter fuga sese eripuit et ad Abu-l Hassanum ben Munkud, Scheizeri principem, salvus evasit. El Saigh jam Halebo ad judicem advenit, qui, moras in promissis solvendis semper ei nectens, Apameam sibi propriam vindicavit. Quidam filiorum ibn Mulàa'bi apud Tughdekinum commorabatur, quem praesidio castelli cujusdam hic praefecit. Sed quum injuriae ejus tolerari non possent, et Tughdekin vindictam sumere vellet; ad Francos ille profugit, eosque ad Apameam expugnandam incitavit, simul iis urbis loca debilia commonstrans et penuriam commeatus, quae ibi regnabat, exponens. Franci per mensem eam obsederunt; et tandem vi capta urbe, judicem et El Saighum interfeeerunt. Haec omnia gesta sunt anno CCCCXCIX. Antea nos commemoravimus, El Saighum per Ibn Badi'um et Tutuschum Halebi post caedem Rudhvâni, fuisse occisum. Utrum verius sit, Deus solus cognoscit. Postea princeps Antiochiae Francus castellum Sareptae post longam obsidionem vi cepit, et incolas interfecit omnes. Ita etiam in Zerdanam egit. Incolae Menbedji et Balesi urbes suas desertas reliquerunt. His successibus infidelium perterriti, inducias petierunt incolae castellorum Islamismo subjectorum, quas etiam iis concesserunt Franci pro tributo unicuique rato, quod ita fixerunt, ut penderet Rudhvân pro Halebo ejusque ditione triginta millia aureorum, Tyrus septem millia, Ibn Munkud Scheizeri quatuor millia, Hamata vero duo millia. Quae omnia anno DV (qui die 9 Julii A. C. 1111 coepit) acciderunt."

Pag. 66. lin. 3. — expendissent. Pro استنقد substitui استنفق; quae vox in libro, litteris africanis negligentius scripto, non multum ab altera discrepat.

—— *lin. 10. — praesidiique caussas removerat donis.* Loquendi formula ازاح علل فلان iterum pag. 45 lin. 16 exstat: ازاح علل جنده, quam ita explicandam credo, ut imperator exercitus mercenarii haud raro cogeretur, animos militum murmurantium donis aut auctis stipendiis mitigare, et *querelas eorum tollere*, quo eos in bello futuro sibi haberet sequaciores.

Pag. 67. lin. 18 — in libertatem remisit. Haec iis conciliari nequeunt, quae antea pag. 62 narravit, ubi Djekermisum ipsum dicit, Balduinum e vinculis liberasse. Quum ejusmodi repugnantiae apud nostrum haud rarae in hoc fragmento obveniant, id hallucinationi auctoris jure adscribendum est. Ex historia hujus rei, aliunde satis cognita, abunde patet, nostrum Balduinum et Joscelinum mirum in modum se inter confudisse. Paullo post Joscelinum primo *avunculi filium*, deinde *fratrem* Balduini appellat.

Pag. 69. lin. 12. Proelia inter Francos et Tughdekinum. In eodem capite, quod modo laudavimus, eodemque codicis *a* folio, hanc historiam noster uberius retulit, quam communis juris hic faciemus. Sectio illa, quae capitis est 12ma sic inscribitur غزو طغدكين وكزيته i. e. *Expeditio Tughdekini et clades.*

ثم سار طغدكين بسنة ثنتين وخمس مائة الى طبرية ووصل اليها ابن اخت بغدوين ملك القدس من الفرنج فاقتتلوا فانهزم المسلمون اولا وترجّل طغدكين ونادى بالمسلمين فكرّوا وانهزم الفرنج واسر ابن اخت بغدوين وعرض طغدكين عليه الاسلام وامتنع [add. فقتله] بيده وبعث بالاسرى الى بغداد ثم انعقد الصلح بين طغدكين وبغدوين لاربع سنين وسار بعدها طغدكين الى حصن عرقة في شعبان من السنة وكان بيد مولى القاضى فخر الملك ابى على بن عمّار صاحب طرابلس فعصى عليه وحاصره الفرنج وانقطعت عنه الميرة فارسل الى طغدكين صاحب دمشق ان يمكنه من الحصن فبعث اليه اسرايل من اصحابه تملك الحصن وقتل صاحبه مولى ابن عمّار غيلة ليستاثر بمخلفه [leg. بمخلّفه] فتنظّر طغدكين دخول الشتاء وسار الى الحصن لينظر فى امره وكان السرداني من الفرنج يحاصر طرابلس فلما سمع بوصول طغدكين الى حصن الاكمة اعدّ السير اليه فهزمه وغنم سواده ولحق طغدكين بحمص ونازل السرداني عرقة فاستامنوا اليه وملكه وقبض على اسرايل حتى فادى به اسيرا كان لهم بدمشق منذ سبع سنين ووصل طغدكين الى دمشق ثم قصد ملك رفنية من اعمال دمشق فملكها وشحنها بالاقوات والحامية فقصدها طغدكين بعد ان نما اليه الخبر بضعف الحامية الذين بها فحبسها وملكها عنوة واسر الفرنج الذين بها ✿

— "Deinde (post occupatam Busram بُصْرى anno D) Tughdekin anno DII Tiberiadem est profectus, ubi nepos ex sorore Balduini regis

Hierosolymitani ei obvenit et certamine commisso, primo impetu Muslimos fugavit. Sed Tughdekin, ex equo desiliens, Muslimos convocavit et fugam eorum cohibuit. Signis jam conversis, Franci in fugam sunt conjecti neposque regis Hierosolymae captus. Cui quum Islamismum amplectendum offerret Tughdekin, is recusavit; qua re irritatus manu propria eum occidit. Captivos Baghdadum misit. Tum foedus inter Tughdekinum et Balduinum in quatuor annos ictum est. Postea ille mense Scha'abani ejusdem anni ad arcem A'rkae castra movit, quae in manibus erat servi cujusdam Fakhr el Mulki Abi A'li ben A'mmâr supremi judicis ejusdemque Tripolitani principis. Sed hic domino rebellis evasit. Franci eum obsederunt, qua re commeatus ei intercipiebatur. Ad Tughdekinum Damaski dominum tunc misit, ut ei arcis possesionem concederet. Israëlem e comitibus suis ille igitur delegavit, qui arce capta, ejus dominum, Ibn Ammâri servum, dolose ei irruens, necavit, ut solus ejus locum sibi vindicaret. Tughdekin adventum hiemis exspectavit et tum ad arcem ivit, ut res ejus ipse inspiceret. Serdâni (Guilielmus de Cerdagne) vero, qui Tripolim obsedit, fama expeditionis Tughdekini ad castellum Elakmae audita, eum aggredi constituit. Postquam ad pugnam ventum est, Tughdekinum fugavit et ejus diripuit impedimenta. Tughdekin Emessam venit; Guilielmus autem castra ad A'rkam posuit. Incolae vero rogarunt, ut sibi liceret, urbem ei tradere; et deditione facta urbis, Israëlem captum tamdiu retinuit, quam se per captivos, qui septem abhinc annos Damaski tenebantur, redemerat. Tughdekin salvus Damaskum intravit. Postea [Guilielmus] possessionem Rakbatae, in regione Damaski sitae, desiderans, eo profectus urbem cepit captamque et viris et commeatu optime instruxit. Quum vero Tughdekin fama accepisset, praesidium loci debile esse, eum corona cinxit et vi occupavit, Francosque, qui ibi inerant, abduxit captivos."

Pag. 71. lin. 8. Munkud. Variat hujus nominis scriptio in diversis codicibus et libris; Alii منقد alii منقذ habent. Cfr *Abu-l fedam*, *Ibn Khallicanum* ed. *de Slanii* p. ١٣, ed. *Wüstenfeldii* N:o 494.

Pag. 72. lin. 10. Afdhâl filius Emiri el Djujusch. Alias semper omisit noster vocem بن. Hanc vero scriptionem nominis solam esse veram, etiam ex Ibn Khallicano ed. *de Slanii* pag. ٣١٤ elucet.

—— *lin. 14.* — *se ad rebellionem paravit.* Vocis جهز tertia forma in Lexicis deest et nexus in quo hic occurrit insolitus admodum apparet. Errorem igitur librarii ei inesse suspicor. Forsan فتجاهد بالعصيان legendum, et *summo studio rebellioni se dedit* vertendum sit.

Pag. 73. lin. 13. — *tempus sationis.* Vox, quam pro حصار in textum recepimus, si versionem etiam illam, nimis longe petitam, admiseris, rem tamen absurdam faciet. Vera lectio حصاد sine dubio est et verba sunt vertenda, *ad segetem demessam.* Cfr h. l. *Barhebraei* Chron. Syr. pag. 293.

—— *lin. 4 infra* — *inulti abierunt.* Ita وتطلف, quod pro وتغلب legi, verti. Mihi vero locum diligentius inspicienti, auctor videtur, sanctitatem diei ipsius Veneris turbis illis fuisse turbatam, his verbis indicare. وتخلق igitur praetulerim et: *concio ita dimissa est*, jam verterim.

Pag. 75. lin. 16. Duo in eadem linea vocabula multum negotii hic mihi praebuerunt: يتخطعهم et اهدرا, quae, ut in codicibus scripta exstant, nullum plane sensum exhibent. Illud يتخطفهم hoc أهروا a verbo هراء legendum puto. In hoc vertendo, verbi significationi propius erit, si *doneo essent occisi* verteris.

—— *lin. 22.* Vox لاغر quae nomen عز الملك in textu sequitur, quum sensum ejus assequi non possem, in versione a me omissa est. Forsan nomen I'zz el Mulki proprium significet.

Pag. 76. lin. 3 infra. — *et res* — *redactae.* Vocabulum اخوه, sine dubio librariorum errore exortum, in امره mutavi. Loquendi enim formula استقام امره, etiam apud nostrum, usitatissima est.

Pag. 72. lin. 5. — *dominus exercitûs ejus.* Apud Abu-l fedam (III p. 399) صاحب الجلس Joscelinus appellatur; quam appellationem *Wilken* (l. l. p. 52) tueri et *strennum, fortemque* vertere vult. E lectione codicis *b*, quam alteri codicis *a* praetuli, nihil aliud, quam quod in versione enuntiavi, elicere potui. Dictio sane insolita, qua dux exercitus nominatur.

Pag. 78. Ibn Khallican (ed. *de Slanii* pag. ١٤٧) البُرْسُقى, et noster etiam iisdem vocalibus motam vocem scripsit pag. 29. *Bursuk* et *Bursakius* ubique igitur corrigendum est.

—— *lin. 16. Kevasil.* Vox corrupta كوع باسيل i. e. *Basilius latro* restituenda est, sicut et ex *Barhebraei* Chronico Syriaco (p. 282) et Historia Dynastiarum (p. 373) videre licet.

Pag. 79. lin. 5 infra. — adversarentur. مُضارّة pro مصايره textus, quod certo falsum est, legi et verte.

Pag. 80. lin. 6. Vadi Buza'am. Et situs loci et res ceterae narrationis in id conspirant, ut hic *Buza'a* scribam, quam eandem ac Vadi Buza'am esse puto. De illa, quae caput erat Butnani, vallis inter Membedjum et Halebum, vide ap. *Freytagium*, selecta ex Hist. Halebi, p. 112.

—— *lin. 21. — se receperunt.* اسبق, quae forma a lexicographis non memoratur, eandem fere significationem ac استبق habere, credidi. Post pro من الفرنج, sensu postulante, الى الفرنج legendum putavi.

Pag. 81. lin. 6. Tennis. Haec de morte Balduini narratio, a testimonio ceterorum auctorum recedens, Abu-l faradjio (Hist. Dynast. p. 377) soli convenit, cujus lectio varians تنيس vera est et facile lectioni nostrae conciliatur. Jam antea lector vidit, nostrum Abu-l faradjio saepius consentire. Quae res facile explicabitur, si animadverteris Ibn Khaldûnum, aetate Abu-l faradjio valde inferiorem, libro hujus in suo componendo uti potuisse.

Pag. 82. lin. 18. Jis in jugulum involans. Infelicius vocis receptae explicandae periculum! Quod si فتاخرهم legeris, i. e. *eos opperiens* quamvis diu ibi morarentur, omnes difficultates evanescent.

Pag. 83. lin. 10. Quae in hoc capite exposita sunt, lucem aliquam e duobus aliis nostri locis recipient, quorum alter (cod. *a* fol. 95 v.) in sectione saepius citata ejusque capite XV° exstat; alter autem in sectione: الخبر عن دولة بنى ارتق i. e. *historia Dynastiae Urtukidarum* inscripta legitur (cod. *a* fol. 125 v.) ejusque caput X^um^ est.

هزيمة طغدكين امام الفرنج

كان ملك الفرنج بغدوين صاحب القدس قد توفى سنة ثنتىْ عشرة وقام يملكها
بعده القمس صاحب الرهاء الذى كان ءاسره جكرمس واطلقه جاولى كما تقدّم فى
اخبارهم وبعث الى طغدكين فى المهادنة وكان قد سار عن دمشق لغزوهم فابى عن اجابته
[ءاجابه .leg] وسار الى طبريّة فنهبها واجتمع بقواد المصريين فى عسقلان وقد عامرهم
صاحبهم بالرجوع الى راى طغدكين ثم عاد الى دمشق، وقصد الفرنج حصنا من
اعماله فاستامن اليهم اهله وملكوه، ثم قصدوا الذرعات فبعث طغدكين ابنه بورى
لمدافعتهم فتحيّزوا عن اذرعات الى جبل هنالك وحاصرهم بورى وجاء اليه ابوه طغدكين
ليفرج عنهم فابى طمعًا فى ءاخذهم فاستماتوا وحملوا على المسلمين حملةً صادقةً فهزموهم
ونالوا منهم ورجع الفلّ الى دمشق فسار طغدكين الى ايلغازى بحلب يستنجده فوعده
بالنجدة وسار الى ماردين للحشد ورجع طغدكين الى دمشق كذلك وباعدوا للجهاد
وسبق الفرنج الى حلب وكان بينهم وبين ايلغازى ما نذكره فى موضعه فى دولة بنى ارتق ۞

i. e. "Tughdekin a Francis fugatus.

Balduinus, Rex Francorum et Hierosolymae dominus anno DXII mortuus erat, et ei [Balduinus] Comes, Edessae dominus, successerat, quem, a Djekermiso captum, Djauli libertati restituerat, ut jam antea exposuimus. Hic de induciis ad Tughdekinum misit. Sed ille Damasko, Francos debellaturus, exierat, et quum Balduinus conditiones non acciperet, Tiberiadem procedens, eam devastavit. Deinde ducibus Aegyptiorum Askalone se conjunxit, quibus dominus eorum imperaverat, ut consilio Tughdekini se subjicerent. Tum Damaskum revertit. Franci ad castellum de ejus ditione deinde profecti sunt, cujus incolae deditione facta urbem iis tradiderunt, quam ita occuparunt. Adhraâtum deinde profectos Francos ut depelleret, filium Burium Tughdekin delegavit. Adhra'ât relicta, in montem ibi situm Franci se convoluerunt, ubi eos obsedit Buri. Pater interea advenit, ut filium ad eos deseruendos commoveret, sed Buri, spe captus eos mox capiendi, recusavit. Franci autem de vita desperantes, impetum in Muslimos fecerunt gravissimum, et eos fugatos magna affecerunt clade. Qui supererant Damaskum redierunt. Tughdekin autem ad Ilghâzium Halebi, ut ejus auxilium peteret, profectus est et hic, auxilio ei promisso, Maredinum se contulit copias

coacturus, dum Tughdekin eandem ob caussam Damaskum petiit. Quum hi aliquamdiu a pugna se retinerent, Franci prius Halebum venerunt. Inter cos et Ilghâzium plures res gestae sunt, quas suo loco in historia Urtukidarum enarranda, commemorabimus."

واقعة ايلغازى مع الفرنج

ولما استولى ايلغازى على حلب وسار عنها طمع فيها الفرنج وساروا اليها فلكوا بزاعة وغيرها من اعمالها وحاصروها فلم يكن لاهلها يدٌ فى مدافعتهم بقتال ولا بمال فقاسموهم املاكهم التى بصاحيتها فى سبيل المصانعة وبعثوا الى بغداد يستغيثون فلم يغاثوا وجمع ايلغازى من العساكر والمتطوّعة نحوًا من عشرين الفا وسار بهم الى الشام سنة ثلاث عشرة ومعه اسامة بن مبارك بن شبيل الكلابى وطغان ارسلان بن البتكين بن دلماج صاحب ارزن ونزل الفرنج قريبا من حصن الاثارب فى ثلاثة الاف فارس وتسعة الاف راجل ونزلوا فى تل عفرين حيث كان مقتل مسلم بن قريش وتحصّنوا بالجبال من كل جهة الا ثلاثة مشارب فقصدهم ايلغازى ودخل عليهم من تلك المشارب وهم غارون فركبوا وصدقوا الحملة فلقوا المسلمين متتابعة فولوا منهزمين واخذهم السيف من كل جهة فلم يفلت الا القليل واسر من زعمايهم سبعون فاداهم اهل حلب بثلاثماية الف دينار وقتل سرجال صاحب انطاكية ونجا فلّهم من المعركة فاجتمع بهم جماعة من الفرنج وعاودوا للقا فهزمهم ايلغازى وفتح حصن الاثارب وزردنا وعاد الى حلب فاصلح امورها وعبر الفرات الى ماردين وولّى على حلب ابنه سليمن ثم وصل دبيس ابن صدقة الى ايلغازى بماردين ناجيا من وقعة السلطان محمود باخيه مسعود وكان دبيس مع مسعود فخلص الى ايلغازى مستجيرا به فكتب اليه المسترشد مع سديد الدولة ابن الانبارى فى ابعاد دبيس وسار معه ابو على بن عمّار صاحب طرابلس معتزما على المقام عند ايلغازى فاعتذر عن ابعاد دبيس حتى تمّ بينه وبين السلطان محمود الاتفاق ورهن ولده على الطاعة ورجع وسار ايلغازى الى الفرنج عقب ذلك سنة اربع عشرة فقاتلهم باعمال حلب وظفر بهم ثم سار هو وطغدكين صاحب دمشق فحصروا الفرنج بالمعرّة وخشوا من استماتتهم فافرج لهم ايلغازى حتى خرجوا من الحصن وكان لا يطيل المقام بدار الحرب لان اكثر الغزاة معه التركمان ياتونه بجراب دقيق وقديد شاة فيتعجل العود ان بقى ازوادهم ٥

i. e. "Ilghâzii pugna contra Francos.

Quum Ilghâzi Halebum occupasset et inde esset profectus, Francos

iniit cupido hujus urbis expugnandae, et contra eam expeditionem susceperunt. Buza' aliisque oppidis de ejus ditione captis, urbem ipsam obsederunt. Incolae, quibus nulla erat potestas neque vi nec pecunia hostes repellendi, possessiones, quae extra urbem erant, iis primum diviserunt, et deinde Baghdâdum, opem ejus imploraturi, miserunt, qua tamen frustrabantur. Ilghâzi tum exercitum, e militibus spontaneisque constantem, qui fere viginti millia hominum efficiebat, contraxit et anno DXIII in Syriam castra movit. Una cum eo U'sâma ben Mubarek ben Schubeil Kelabita et Tughân Arslân ben Alptekin ben Delmadj, Arzeni dominus, profecti sunt. Franci interea cum tribus millibus peditum prope Sareptae castellum castra posuerunt ad Tel A'frîn eodem loco, quo Muslim ben Kureisch caesus est, et ibi ex omnibus partibus, si tria aquaria exceperis, montibus erant muniti. Contra eos jam exiit Ilghâzi, et per illa tria aquaria hostes aggressus est. Hi tum populandi caussa exierant, et equis conscensis impetum vehementissimum fecerunt. Sed quum exercitum Muslimorum numero superiorem offenderent, terga verterunt, et fugientes adeo undique caesi sunt, ut pauci admodum evaderent. Inter captivos septuaginta principes erant, quos Halebenses tercenties mille aureis redimebant. Ipse Rogerus, Antiochiae dominus, in proelio cecidit. Qui e pugna salvi effugerant, turmae Francorum collectae se conjungebant, et proelium redintegrabant. Sed etiam eos Ilghâzi fugat et castella Sareptae et Zerdanae capit. Halebum tum rediit, ut res urbis in ordinem redigeret. Quibus factis et postquam Suleimanum filium Halebo praefecerat, Euphrate trajecto, Maredinum tetendit, ubi Dubeis ben Sadeka ad Ilghâzium venit. Hic partium fuerat Mes'udi et e pugna, quae inter eum fratremqne Mahmudum evenerat, salvus ad Ilghâzium, hospitium ejus et protectionem imploraturus, se receperat. Sed ante ejus adventum Mustarsched per Sedid el daulam ibn el Anbarium Ilghâzio litteras dederat, quibus ab eo quaereret, ut Dubeisum a se removeret. Quum igitur hic comite Abu A'li ibn A'mmâr, Tripoleos olim domino, ad Ilghâzium, ut apud eum sedem figeret, advenisset, eum recipere ideo negavit, quod nondum pactum se inter et Mahmudum Sultanum esset solutum. Filio obside fidei suae relicto, itaque Dubeis abiit. — Postea Ilghâzi anno DXIV contra Francos egressus, intra Halebi ditionem eos devicit. Una cum Tughdekino, Damaski domino, eos Ma'arrae tum obsedit. Desperationem vero obsessorum timens eos Ilghâzi re-

liquit, donec e castello procederent. Sed in bello longius commorari ei haud licuit. Nam maxima exercitus pars e Turcomanis constabat, qui, pro viatico in pera farinam carnemque ovinam siccatam apportantes, advenerant. Reditum igitur eorum, dum commeatus sufficiebat, accelerare coactus est."

—— *lin. 5 infra. Satana.* Hoc nomen saepius usurpatur ab Arabum scriptoribus ad ducem infidelem designandum; forsitan, non sine irrisione quadam, ob vocis cum *Sultano* similitudinem. — Nomen *Guilielmi* alias apud Arabes كليلم audit. Sed eadem scribendi ratio etiam apud Abu-l fedam (III p. 412) invenitur. Observandum tamen est, plures auctores occidentales eum *Galerannum* vocare, ipsumque *Abu-l faradjium* (Chron. Syr. p. 302 et 303) ܓܠܝܐܠܢ, ܓܠܝܪܐܢ et ܓܠܝܪܢ scribere.

Pag. 84. lin. 9. — versutia et dolo usi مُداحلة pro مداخلة h.l. recepi.

Pag. 86. lin. 13. Ibn Khaldûn eadem, quae in hoc capite usque ad pag. 87. lin. 11 narruntur, in libri sectione الخبر عن دولة بنى تتش بن الب ارسلان i. e. *historia dynastiae posterorum Tutuschi ben Alp Arslán* inscripta ejusque capite XVI° (cod. *a* fol. 95 v.) repetiit.

منازلة الفرنج دمشق

ثم اجتمع الفرنج سنة عشرين وخمسماية ملوكهم وقامصتهم وساروا الى دمشق ونزلوا مرج الصفر وبعث صاحبها اتابك طغدكين بالصريخ الى التركمان بديار بكر وعبرها وخيم قبالة الفرنج واستخلف ابنه تاج الملوك بارى [بورى .l] على دمشق، ثم تاخرهم الحرب اخر السنة فاشتدّ القتال وصرع طغدكين عن فرسه فانهزم المسلمون وركب طغدكين واتبعهم ومضت خيالة الفرنج فى اتباعهم وبقى رجالة التركمان فى المعركة فلما خلص اليهم رجالة الفرنج اجتمعوا واستماتوا وحملوا على معسكر الفرنج فنهبوه وقتلوا رجالتهم وعادوا ظافرين غانمين الى دمشق ورجعت خيالة الفرنج من اتباع المنهزمين فوجدوا معسكرهم منهوبا ورجالهم قتلى وكان ذلك من الصنع الغريب ۞

"Obsidio Damaski per Francos.

Anno DXX reges et comites Francorum, copiis coactis, Damaskum profecti sunt et castra in Merdj Safer posuerunt. Urbis dominus

Tughdekin Atabek Turcomanorum, qui Dijar Becr inhabitabant, auxilium imploravit, et, urbe relicta (?), castra e regione Francorum posuerat, postquam Damasko filium Tadj el Muluk Burium praefecerat. Proelio tandem in fine anni commisso, exercitus acriter concurrunt. Tughdekinum ex equo delapsum quum Muslimi caesum putarent, in fugam hi se convertunt, et ipse, equo conscenso, eos sequi coactus est. Equitatus Francorum fugientes persequebantur. Pedites vero Turcomanorum, qui in loco pugnae remanserant, quum pedites Francorum ad eos pervenissent, in unum collecti, desperantium modo in castra Francorum impetum faciunt, ea diripiunt et pedites eorum caeduut. Tum victores et praeda onusti Damaskum redeunt. Equites Francorum, a persecutione reduces, castra direpta invenerunt, peditesque suos occisos. Quod sane factum fuit mirandum."

Pag. 88. Jam inde ab anno DXXVII Ibn el Athirum cum nostro comparare mihi licuit. In qua comparatione instituenda, quo diligentius illum inspicio, eo vero similius mihi fit, hunc maximam hujus narrationis partem, rebus tantum in compendium redactis, ex illo exscripsisse, eodem fere modo ac Abu-l feda egerit in Annalibus suis componendis. Ipsa verborum concordantia, quae mihi multum in textûs crisi adjuvabat, hanc probant sententiam. Ut exemplo rei veritatem exhibeam, primam huc pertinentem sectionem (pag. 4 Tomi 2di exemplaris Ups.) statim huc adjiciam, unde lectores docti judicium et argumenta hauriant:

ذكر هزيمة صاحب طرابلس، وفى هذه السنة [٥٢٧] عبر الى الشام جمعٌ كثير من التركمان من بلاد الجزيرة واغاروا على بلاد طرابلس وغنموا وقتلوا كثيرا فخرج القمص صاحب طرابلس فى جموعه فانزاح التركمان من بين يديه فتبعهم فعادوا اليه وقاتلوه فهزموه واكثروا القتل فى عسكره ومضى هو ومن سلم معه الى قلعة بعرين فتحصّنوا فيها وامتنعوا عن التركمان فحصرهم التركمان فيها فلما طال الحصار عليهم نزل صاحب طرابلس ومعه عشرون فارسا من اعيان اصحابه سرًّا فنجوا وساروا الى طرابلس وترك الباقين فى بعرين يحفظونها فلما وصل الى طرابلس كاتب جميع الفرنج فاجتمع عنده منهم خلق كثير وتوجّه بهم نحو التركمان ليرحّلهم عن بعرين فلما سمع التركمان بذلك قصدوهم والتقوهم وقتل بينهم خلق كثير واشرف الفرنج على الهزيمة فجمعوا نفوسهم وعادوا على حميّة الى رفنيّة فتعذر على التركمان اللحاق بهم الى وسط بلادهم فعادوا عنهم راجعين ،

Pag. 89. lin. 2. — *cecidit.* Multis jam locis vidit lector, vocem استلحم eodem ac hic modo esse versam. Constat quidem, Lexicographos nullam aliam *formae 10ae* hujus vocabuli significationem transitivam agnoscere, quam *secutus fuit.* Ea autem apud nostrum non nisi rarissime contextui quadrat, quum potius de fugientium et captorum caede loqui videtur auctor, ubicumque hac utatur voce. Primae et secundae verbi formae *occidendi* inest vis. Quare jure quodam eandem decimae attribuere mihi videor.

—— *lin. 9. Schekif Tirun.* Ita cum Ibn el Athiro (p. 5) scripsi. A Schekif Arnun in agro Damaskeno sita probe distinguenda est. Vide Abu-l fedae Tabulam Syr. ed. Koehler. p. 98. In codicibus Bodleianis بيروت, forsan sequentis بيروت similitudine captus, librarius falso posuit. — Pro بالاخر Ibn el Athir بالاخرين habet. Lectionem وجعل hinc etiam recepi.

—— *lin. 2 infra. Helalidae. Benu Helâl*, quae una erat tribuum, quibus nomen est العرب المستعجم s. Arabes qui puram linguam Arabicam non loquuntur, l. extra Arabiam habitant, e gente Tajitica oriundi quondam vicini Aegypto saepius in hanc terram excurrebant et ibi valde grassabantur. Qua re Vezirus Aegypti iis indicavit Afrikam occidentalem, ubi Keiruvani, regnante Mu'ezz ben Badis, anno CCCCXL, res turbatæ bonam iis darent occasionem regionis occupandae. Una cum Suleimidis igitur in Afrikam anno CCCCXLII castra moverunt et Mu'ezzo anno sequente devicto, jam CCCCXLVI per totam Afrikam fuerunt dispersi. Inter varios hujus tribûs ramos erat Rejah (رِيَاح) de qua pag. 93 mentio est. — Has tribus in initio cod. Ibn Khaldûni, qui in Museo Britannico servatur, copiosissime tractat auctor, a fol. 5 usque ad fol. 40.

—— *lin. ultima.* — *condiderant.* Quum مرقوا nullum omnino daret sensus, haud dubitavi, quin مدّنوا esset scribendum, quod si litteris Africanis exaratum tibi finxeris, illi valde simile fieri, facillime videbis.

Pag. 90. lin. 7. Tancredi filius ben Kheira. In voce بنقر nomen Tancredi Rogeri patris haud difficulter agnoscas. Quid vero sibi velit بن خيرة, non intelligo neque historia ansam ejus explicandi mihi dedit.

—— *lin. 18. Eldjevâs.* Nescio an idem sit nomen ac *El Hav-*

vâsch (الحواش) quod Abu-l feda (III p. 278) A'lio ben Na'ma tribuit. Tum alteruter auctorum erroris est accusandus.

—— *lin. 3 infra. — insulam Djerbam.* Haec insula, quae hodie *Jerbi* nomen servat antiquum, in meridionali sinûs Cabesensis s. Leptidis parvae parte, jacet. Cfr *Ritter*, die Erdkunde, Afrika 2te Ausg. p. 921 et sq.

—— *lin. 2 infra. Dominationis Sunhadjiticae.* — Ita hic semper appellatur imperium Murabitorum, quod tribus maximam partem Sunhadjae composuerunt.

Pag. 91. lin. 6. In Ibn el Athiro (pag. 30) eadem uberius exponuntur in capite ذكر فتح المسلمين حصن وادى الاحمر من الفرنج inscripto, quod ad annum DXXXI pertinet. Hinc lectionem نزواش restitui. Ultima autem narrationis pars pag. 49. sub ذكر عدة حوادث, eadem ac hic brevitate narrata, exstat.

—— *lin. 4 infra. Hasan.* — Ex Ibn Khaldûni libro, qui de Berberis agit, hanc Badisidarum genealogiam lectori communico (Cod. Mus. Brit. fol. 69 et sqq.). Observandum est, tribui Sunhadjae hanc familiam originem debere.

Menâd
Zeiri ✝ a. 360.
— Kebâb
 — Davud
 — Khalifa
  — El kheir
— Hejusch (حيوش)
— Zavi (زاوى)
— Abu-l Nehâr
— *Bulakkin* ✝ a. 373.
 — *Hemâd*
 — *El mansur* ✝ a. 385.
  — *Badis* ✝ a. 406.
   — *El Mu'ezz* ✝ a. 454.
    — *Temim* ✝ a. 501.
     — *Jahia* ✝ a. 509.
      — *Ali* ✝ a. 515.
       — *El Hasan* ✝ a. 536.
 — Jetufet (يطوفت)
  — Ejub
— *Mâkesen* (ماكسن)
— Djelâl
— A'zem

Pag. 92. *lin.* 6. — *et muros subverterunt.* Quae in textu leguntur verba: وبعثوا السور haud intelligenda sunt. Ibn el Athir (pag. 56) de hac obsidione inter alia haec habet وعلقوا الكلاليب في سوره ونقبوه. Vera igitur lectio hoc loco esse ونقبوا credo eamque in versione sum secutus.

—— *lin.* 10. *Djidjil.* Urbs quondam et portus, hodie ruinas tantum adspicienti praebet. Ad regnum Algeriense pertinuit. Cfr. *Hartmanni*, Edrisii Africa p. 245 et sq. — De Bedjaja hodie *Bougie* cfr. Geographie d' Abu-l féda, ed. de Slanii et Reinaudii p. ١٣٧. et *Hartmann* l. c. p. 221.

—— *lin.* 13. *Jahia.* Hic unus fuit regulorum, qui nomine Benu Hemâd noti regnum, Kala'a (قلعة vid. *Hartmann* p. 210) in monte Kebâbae (كبابه) a. CCCXCVIII condita, condiderunt. Eorum genealogia e codice Mus. Brit. cit. f. 77 haec est.

Zeiri ben Menâd
Bulakkin
1. *Hemâd* ✝ a. 419.

2. *El kaid* ✝ 449. — E'lnâs (علناس) — Muhammed

3. *Muhsin* (محسن) a Bulakkin caesus a. 437. — 5. *Elnasir* — 4. *Bulakkin* ✝ a. 454.

6. *Elmansûr* ✝ a. 498.

7. *Badis* ✝ a. 498. — 8. *El a'ziz* ✝ 515.

9. *Jahia* ✝ 546.

—— *lin.* 22. *Lemtunensem.* A tribu Lemtuna, quae maxima et potentissima erat gentis Sunhadjiticae, e qua etiam Murabitorum reges originem duxerunt. Cfr. Acta Soc. Scient. Ups. Vol. XI *De primordiis domin. Murabitorum.*

Pag. 93. De expugnatione Mehdiae in historia Berberorum jam egit Noster (cod. Mus. Brit. fol. 72). Sequentia, caussam expeditionis Rogeri dilucidatura, inde exscribo: — — وكان ابوه اصدر المكاتبة الى رجّار عند الوحشة يهدّده بالمرابطين ملوك المغرب لما كان بينه وبينهم من المكاتبة واتفق انّ غزا

محمد بن ميمون قايد اسطول المرابطين صقلية وافتتح قرية منها فسباها وقتل اهلها
سنة ست عشرة فلم يشك رجّار انّ ذلك باملا لحسن فزحفت اساطيله الى المهدية
وغلبهم عبد الرحمان بن عبد العزيز وجرجى بن ميخاييل الانطاكى وكان جرجى
هذا نصرانياً هاجر من المشرق وقد تعلّم اللسان وبرع فى الحساب وتهذّب فى الشام
بالانطاكية وغيرها فاصطنعه تميم واستولى عليه وكان يحيى يشناه فلما هلك تميم اعمل
جرجى الحيلة فى اللحاق برجّار فلحق به وحظى عنده واستعمله على اسطوله فلما
اعتزم على حصار المهدية بعثه لذلك فزحف فى ثلثماية مركب وبها عدد كثير من
النصرانية فيهم الف فارس وكان لحسن قد استعدّ لحربهم فافتتح جزيرة قوصرة وقصدوا
الى المهدية ونزلوا الى الساحل وضربوا الابنية وملكوا قصر الديماس وجزيرة الاخاس وتكرّر
القتال بينهم الى ان غلبهم المسلمون واقلعوا راجعين الى صقلية بعد ان استبحر القتل
فيهم ووصل باثر ذلك محمد بن ميمون قايد المرابطين باسطوله فغاث فى نواحى صقلية
واعتزم رجّار على اعادة الغزو الى المهدية ثم وصل اسطول يحيى بن العزيز صاحب بجاية
لحصار المهدية ووصلت عساكره فى البرّ مع قايده مطرّف بن حمدون الفقيه فصالح لحسن
صاحب صقلية ووصل يده به واستمدّ منه اسطوله واستمدّ لحسن اسطول رجّار فامدّه
وارتحل مطرّف الى بلده واقام لحسن ملكا بالمهدية وانتقض عليه رجّار وعاد الى فتنة معه
ولم يزل يتردد اليه بالغزو الى ان استولى على المهدية قايد اسطوله جرجى بن مخاييل
سنة ٥٤٣ وصلها باسطوله فى ثلثماية مركب وخادعهم بانه انما جآء مددا له وكان عسكر
لحسن قد توجه صريخا لمحرز بن زياد الفادعى صاحب المعلقة على بن خراسن صاحب
تونس فلم يجد صريخا فتخلّى عن المهدية ورحل واتبعه الناس ودخل العدو الى المدينة
وملكوها دون دفاع ووجد جرجى القصر كما هو لم يرفع منه لحسن الا ما خفّ وترك
الذخاير الملوكيّة فامّن الناس وابقاهم تحت ايالته وردّ الفارين منهم الى ماكنهم وبعث
اسطوله الى صفاقس فلكها واخذ الى السوسة فلكها ايضا واخذ الى طرابلس كذلك
واستولى رجّار صاحب صقلية على بلاد الساحل كلها ووضع على اهلها الجزى وولى عليهم
كما نذكره الى ان استنقذهم من ملكة الكفر عبد المومن شيخ الموحدين وامامهم المهدى ✿


i. e. "Pater ejus (i. e. A'li pater Hasani) pavore captus Rogero litteras misit, ut eum Murabitis, Meghrebi regibus, terreret. Nam litterarum commercio his junctus, A'li sciebat, Muhammedem ben Majmûn, qui dux erat classis Murabitorum, expeditionem contra Siciliam parare. Hic

24

etiam eo profectus, oppidum ibi expugnavit anno DXVI, quod diripuit et incolas ejus occidit. Rogerus non dubitavit, quin haec Hasano incitante essent facta, et classem suam, ducibus A'bd el Rahman ben A'bd el A'ziz et Djerdjio ben Mikhail Antiocheno, Mehdiam misit. Hic Djerdji, qui Christianus erat, ex Oriente migraverat. Linguam edoctus, profundam Arithmetices doctrinam etiam possidebat. In Syria, Antiochiae et alibi educatus fuerat (?). Temîm Badisida eum sibi devinxerat et Djerdji eo plane potiebatur. Quare etiam Jahia Temîmi filius iram adeo contra eum susceperat, ut illo mortuo, quum arte doloque usus Djerdji cum Rogero convenisset, hinc aufugeret. Postquam ad Rogerum se contulerat, honore et dignitate receptum eum classi hic praefecerat. Quum jam rex obsidionem Mehdiae secum constituisset, eum cum trecentis navibus, ubi magnus Christianorum inerat numerus, et inter eos mille equites, eo misit. Sed Hasanum, bello contra eos faciendo haud imparatum invenerunt. Insula Kusara expugnata, Mehdiam petierunt. In terram descensi castra posuerunt, et Kasr el Dimâs (*Hartmann* p. 286), et Djeziret el Akhas expugnarunt. Saepe hostes concurrerunt, donec Muslimi Francos devincerent, qui, postquam caedes in eos saevierat, in Siciliam domum reverteruut. Hujus rei ut vindictam sumeret, Muhammed ben Maimûn, dux Murabitorum, cum classe sua profectus, regiones Siciliae vicinas populatus est. Constituit igitur Rogerus, iterum Mehdiam aggredi. Sed classis Jahiae ben El A'ziz, domini Bedjajae, interea ad Mehdiam obsidendam advenerat, dum copiae duce Mutarrif ben A'li ben Hamdûn Fekiho terrâ appropinquabant. Qua re coactus Hasan, pace cum domino Siciliae restituta, et foedere inter eos icto, ut classem quisque suam mutuo auxilio sibi darent, classem Rogeri sibi auxilium jam advocavit; quo audito Mutarrif in suam revertit regionem, et Hasan possessor mansit Mehdiae. Mox vero foedus rupit Rogerus, et bellum cum eo redintegravit. Neque prius ab eo continue debellando desiit, donec anno DXLIII Mehdiam occupasset dux classis Djerdji ben Mikhail. Quae res sic evenit. Djerdji cum classe e trecentis navibus constante huc advenit, et eos ita decepit, ut Hasano auxilio se tantum venisse praetenderet. Exercitus Hasani ut Mehrezo ben Zijâd Fâdâ'jensi, domino Mua'llakae, contra A'lium ben Khurâsân, Tunesi dominum adjuvaret, profectus erat. Ope igitur destitutus Hasan Mehdiam deserere cogebatur, eumque inde abeuntem incolae sequebantur. Hostis ur-

bem relictam intrans, eam sine ullo certamine occupat. Djerdji arcem integram invenit; nam Hasan ea tantum inde removenda curaverat, quae portatu facilia essent, et thesauros regales relinquerat. Hominibus fidem securitatis jam dedit Djerdji, eosque sub sua auctoritate habitare permisit. Fugientibus eundem quem antea habuerant statum restituit. Classem tum Sefakesum misit; qua occupata Susam profectus, ea quoque potitus est. Castris deinde Tripolim motis et ea occupata, deinceps dominus Siciliae omne littus expugnavit, et tributo incolis indicto, iis imperavit, donec A'bd el mumen, Doctor Muvahhedinorum et eorum antistes Mehdi, eos imperio infidelium eriperet, sicut postea narrabimus."

—— *lin. 12. Reschid.* Etiam hujus Genealogiam (cod. Mus. Brit. fol. 75.) ex Ibn Khaldûno lectori communicare e re esse putavi.



—— *lin. 14. Djurdjani.* Vitium voci inest. Nam Abu-l feda (III p. 134) hunc Vezirum "*Hassan ben A'li Jazurensem* a Jazur Patria', pago in Ramlense praefectura" nominat; Ibn Khaldûn autem in cod. Mus. Brit. (fol. 6.) البارورى habet, quod tamen facile librarii errore pro اليازورى positum sit. In opere *Sojutii*, quod حسن المحاضرة فى اخبار مصر والقاهرة inscribitur, in serie Vezirorum Aegypti nomen ejus sic legitur: ابو البركات لحسين بن احمد الجرجراى (Cod. Ups. p. 400.) quocum facit cod. Bodleianus *a*.

Pag. 94. lin. 4. — non solum non respondit. In textu فلم ante يجبه excidisse, ex ipso contextu apparet, et Ibn el Athiro confirmatur, qui pag. 74 disertis verbis habet فلم يجبه

Pag. 96. lin. 3. Djezair Beni Mezghanan hodie *Algier.* Cfr. *Hartmann* p. 214 et sqq.

—— *lin. 22. Aklibijam.* Etiam in Ibn el Athiro haec vox punctis caret diacriticis. Sed nullo dubio ita est legenda, teste etiam Edrisio (vid. *Hartmann* pag. 277).

—— *lin. ultima.* Si annorum sequamur seriem, narratio de Damaski obsidione anno DXLIII a Francis suscepta, hic excipere debet. Eam e capite Ibn Khaldûni citato (cod. *a* fol. 98 v.) et sectione ejus 25ª desumtam, exhibeo. Eadem Ibn el Athir p. 80 narrat.

مسير الفرنج لحصار دمشق

كان الفرنج منذ ملكوا سواحل الشام ومدنه تسير اليهم امم الفرنج من كل ناحية من بلادهم مددًا لهم على المسلمين لما يرونه من تفرد هولاء بالشام بين عدوهم وسار فى سنة ثلاث واربعين ملك الالمان من امم الفرنج من بلاده فى جموع عظيمة قاصدًا بلاد الاسلام لا يشك فى الغلب والاستيلاء لكثرة عساكره وتوفّر عُدّده واموالـه فلما وصل الشام اجتمع عليه الفرنج الذين به ممتثلين امره فامرهم بالمسير معه الى دمشق فساروا لذلك سنة ثلاث واربعين وحاصروها فقام مُعين الدين انز فى ضبطها ومدافعتهم المقام المحمود ثم قاتلهم الفرنج سادس ربيع الاول من السنة فنالوا من المسلمين بعد الشدّة والمصابرة واستشهد ذلك اليوم الفقيه حجّة الدين يوسف الفندلاوى المغربى وكان عالما زاهدا وساله معين الدين يوميذ فى الرجوع لضعفه وسنّه فقال له قد بُعتُ واشترى منّى فلا اقيل ولا ستقيل يشير الى اية الجهاد وتقدم حتى استشهد عند القرب على نصف فرسخ من دمشق واستشهد معه خلق وقوى الفرنج ونزل ملك المان بالميدان الاخضر، وكان عماد الدين زنكى صاحب الموصل قد توفى سنة احدى واربعين وولى ابنه سيف الدين غازى الموصل وابنه نور الدين محمود حلب فبعث معين الدين انز الى سيف الدين غازى صاحب الموصل يستنجده فجاء لانجادهم ومعه اخوه نور الدين وانتهوا الى مدينة حمص وبعث الى الفرنج يتهدّدهم فاضطروا الى قتاله فانقسمة قوتهم بين الفريقين وارسل معين الدين الى الفرنج الالمان يهدّدهم بتسليم البلد الى ملك المشرق يعنى صاحب الموصل وارسل الى فرنج الشام يحذرهم من استيلاء ملك الالمان على دمشق فانه لا يبقى لكم معه مقام فى الشام ووعدهم بحصن بانياس فاجتمعوا الى ملك الالمان وخوّفوه من صاحب الموصل ان يملك دمشق فرحل عن البلد واعطاهم معين الدين قلعة بانياس وعاد

ملك الالمان الى بلاده على البحر المحيط فى اقصى الشمال والمغرب ثم توفى معين الدين انز مدبّر دولة ابق والمتغلب عليه سنة اربع واربعين لسنة من حصار ملك الالمان ۞

"Expeditio Francorum ad Damaskum obsidendam.

Postquam Franci littore Syriae et urbes occupaverant, populi undique eorum gentis huc confluebant, ut contra Muslimos iis auxilio essent, propterea quod eos inter hostes suos dispersos videbant. Anno DXLIII rex Allemanorum (qui populus sunt Francicus) e terra sua cum magno exercitu ad terras Islamicas profectus est et tantam fiduciam in numero copiarum et apparatûs divitiarumque copia posuit, ut de victoria et certa terrae expugnatione haud dubitaret. Ei quum in Syriam venisset, Franci, qui ibi erant, se conjunxerunt ejus imperio parere parati. His ille imperavit, ut secum iter Damaskum susciperent. Anno igitur DXLIII eo castris motis, urbem obsederunt. Ibi tunc temporis Mu'in el din Inez [*Ibn el Athir* dicit p. 80. وكان صاحبها مجير الدين ابق بن محمد بن بورى بن طغدكين وليس له من الامر شى وانما الحكم فى البلد لمعين الدين بن علوك جدّه طغدكين i. e. *dominus urbis erat Mudjir el din Ibek ben Muhammed ben Buri ben Tughdekin, cui tamen nulla omnino erat regendi potestas; sed omne imperium urbis apud Mu'in el din filium servi atavi sui erat.*] omnia fecit ad regionem servandam atque hostes depellendos. Sexta die tandem mensis Rebi' prioris hujus anni Franci aciem instruxerunt, et pugna commissa, postquam summam exseruerant virtutem et constantiam Muslimi, eos magna clade affecerunt. Qua die martyrium passus est Hudjat el din Jusuf A'ndelavensis Meghrebensis Fekihus, qui et sapiens et a rebus mundanis abstinens erat. Qui, quum eodem die Mu'in el din eum propter imbecillitatem corporis et aetatem ad redeundum consuluisset, respondit "jam venditus sum et a me emtum est, neque tu nec ego pactum rumpemus." Indicavit his verbis versum Corani de bello sacro (Sur. 9, 112). Itaque in pugna audacter prodiit, donec ad Nirebum [النيرب Ibn el Athir l. c.] dimidiam parasangam a Damasko caderet et cum eo magnus hominum numerus. Qua re animum Franci sustulerunt et rex Allemanorum in circo viridi consedit. Interim Mu'in el din Inez ad Seif el dinum Ghazi, dominum Mausulae (qui post mortem patris anno DXLI heic in imperio succeserat, dum fratri Nur el dino Mahmudi Halebum sorte obvenerat,) miserat, ut ejus imploraret auxilium. Venit igitur ipse et frater Nur el din usque ad Emes-

sae urbem. Hinc ad Francos eos minaturus misit. Hi quum eodem tempore contra Seif el dinum pugnare et obsidionem continuare cogerentur, ita viribus divisis necesse erat debilitarentur. Mu'in el din minis etiam eos terruit praedicans, se urbem regi orientis, indicabat dominum Mausulae, esse traditurum et simul Francis Syriae legatos ablegavit, qui eos monerent, ne regem Allemanorum Damaskum expugnare paterentur; sin faceret, iis in Syria nullus locus cum eo maneret. His dictis promissum addidit castelli Paneadis iis reddendi. Ji igitur ad regem Allemanorum confluentes, ei tantum domini Mausulae, si Damaskum caperet, terrorem incusserunt, ut confestim ab urbe castra moveret. Quibus factis Mu'in el din arcem Paneadis Francis tradidit et rex Allemanorum in suam terram revertit, quae ad Oceanum magnum in remotissima orbis terrarum septentrionali et occidentali parte jacet. Anno deinde DXLIV, anno post obsidionem regis Allemanorum, Mu'in el din Inez, qui imperium Ibeki rexerat ejusque summam tenuerat, mortuus est."

Pag. 97. lin. 4. Nomen ducis, neque ex Ibn el Athiro (pag. 116) qui alias puncta diacritica rarissime omittit, apparet. Ibi enim قناوطلب المهدوى scribitur et paullo post قيلب

—— *lin. 7. — abire permisit.* Vox rectius, ut in Ibn el Athiro exstat واغضى scribendum est et significat *in aliqua re connivere, rei indulgere.*

—— *lin. 14. Barensem.* Ex historia scimus, Majonem Barii esse natum, et hac cognitione fulti, legendum credidimus: البارى. Ibn el Athir الرماى habet.

Pag. 98. lin. 8. Gharbanium. Potius credo *Ferjanium* esse legendum. Ibn Khaldûn (Cod. Mus. Brit. f. 75.) de hoc ipso viro loquitur, sed nomen العرباق scribit. *Ibn el Athir* الفرباى (pag. 125) praebet. Ex utroque vero sola lectio vera الفرياى facile fingi potest.

—— *lin. 5 infra. Arabes — ferentes.* Post واعانهم addendum est العرب. Ibn el Athir enim (pag. 125) rem sic narrat. — — وقدم عرب البلاد الى زويله فاعانوا اعليا على من بالمهدية من الفرنج وقطعوا الميرة على Quid صاحبتيهم sibi velit, me fugit.

Pag. 99. lin. 14. Ibn Abi Zer' in libro vulgo *Kartás* appellato (cod. Ups. fol. 46 v.) ad aunum DLIII sic A'bd el Mumeni expeditionem narrat.

فيها كانت حركة المهدية وفتحها وتخليصها من ايدى الروم الذين كانوا ملكوها وفيها فتحت جميع افريقية وكانت المهدية قبل ان يملكها الروم بيد الحسن بن على بن يحيى بن تميم بن المعز بن باديس اراثه من ابيه واجداده فنزل عليه بها العدو الرومى صاحب صقلية وشدّوا عليه الحصار حتى دخلها عنوة وذلك فى ٥٤٠ فهرب الحسن بن على المذكور الى الجزاير واستوطنها فلما وصل عبد المومن الى الجزاير بجيوش الموحدين وجد فيه الحسن بن على المذكور فخرج اليه وبايعه وصاهره عبد المومن وحمله الى مراكش فاقام معه الى سنة ٥٥٣ المذكورة فخرج عبد المومن الى المشرق برسم غزو المهدية فوصل اليها ونزلها بحرًا وبرًّا وشرع فى قتالها حتى انزعها من ايدى الروم وذلك فى سنة ٥٥٥ قاله البرنوسى وقال ابن جنون تحرك امير المومنين عبد المومن الى غزو المهدية من حضرة مراكش وذلك فى العشرة الاوايل من شوال عام ٥٥٣ المذكورة —— وسار هو فى امم لا تحصى وجيوش لا تعدّ من الموحدين وقبايل العرب وقبايل زناتة والاغزاز (!) والرمات متوجها الى المشرق ففتحه الله عليه وسار فى ارض الزاب وبلاد افريقية يفتح البلاد والمعاقل ويومن من استامن ويقتل من عصا حتى وصل الى مدينة تونس فحاصرها ثلاثة ايام وارتحل عنها وترك عليها جيشا من الموحدين واجتاز الى القيروان ففتحها وفتح سوسة وسفاقس وارتحل الى المهدية فنزل على من بها من الروم برًّا وبحرًا ونصب عليها المجانيق والرعدات فى البر والبحر ولم يرفع عنها القتال ليلا ولا نهارا وجعل قتالها نوبًا على قبايل الموحدين حتى فتحها وقتل فيها خلقا كثيرا من النصارى ✿

i. e. "Hoc anno expeditio suscepta est contra Mehdiam, quae capta imperio Francorum, qui ea erant potiti , eripiebatur. Eodem anno tota Afrika expugnata est. Mehdia, ante Fraucorum occupationem, Hasano ben A'li beu Jahia ben Temim beu Mu'ezz hen Badis paruit, quam a patre suo et proavis hereditate acceperat. Dominus vero Siciliae anno DXL eo hostem Frnncum duxit, eamque obsidione gravissima pressit, dum vi urbe potiretur. Hasanus ben A'li supra dictus El Djezairum confugiens ibi habitatum consedit. Quum vero A'bd el Mumen cum exercitu ad hanc urbem venisset, hunc Hasanum ben A'li ibi invenit, quem, postquam fidei sacramentum A'bd el Mumeno dicturus exierat,

ille sibi filia in matrimonium data devinxit, et Merrakeschum secum duxit, ubi ad annum DLIII apud eum commorabatur. A'bd el Mumen itaque tum orientem, Mehdiae aggrediendae caussa, petiit, et postquam urbi advenerat, statim bellum contra eam incepit terra marique continuam, donec eam anno DLV manibus eriperet Francorum. Ita Bernusi res narrat. Ibn Djenûn autem sic dicit. A'bd el Mumen, Emir el Mumenin, prima decade mensis Schevâl anno DLIII expeditionem Mehdiam suscepit. Cum innumero populo et exercitu ingenti Muvahhedinorum, tribuum Arabicarum et Zenatensium, et — sagittariorum in Orientem profectus est. Deus per eum hanc regionem expugnavit. Terras Zâbi et Afrikae transiens, urbes et castella cepit, incolis, qui fidem implorabant, pepercit, rebelles occidit, donec Tunesum veniret. Eam tres dies obsedit; deinde exercitu Muvahhedinorum ibi relicto, castra Keirevanum movit. Hac urbe una cum Susa et Sefakeso capta, Mehdiam contendit, Francosque ibi degentes terra marique aggrediens, machinas et tormenta bellica et in mari et in terra contra eam exstruxit. Neque interdiu nec noctu pugnam intermisit, proelio Muvahhedinorum tribubus per vices suscipiendo imposito, donec urbem expugnaret et Christianos multos ibi occideret." Hic observes velim, Ibn Abi Zer' pro الروم eadem exprimere, ac nostrum per الفرنج.

—— *lin. 6 infra. Ahmed ben Khurâsân.* In historia Berberorum (cod. Mus. Brit. f. 73.) Ibn Khaldûn, hanc Beni Khurâsân dynastiam non omisit. Ejus genealogiam ibi sic sistit.

Khurâsân
A'bd El Azîz
1. *A'bd el Hakk* † 488.
Isma'il — 2. *A'bd el Aziz* † 500.
Abu Becr (son of Isma'il)
3. *Ahmed* — A'bd ullah (sons of A'bd el Aziz)
A'li (son of Ahmed)

Pag. 100. lin. 17. — montium Nufusae. Apud Ibn el Athirum pag. 149. جبال نفوسة exstat, quam lectionem utrique codicum praetuli.

—— *lin.* 21. — *dominus Kafsae.* Etiam hujus familiae, cujus conditor A'bd allah anno CCCCXLV regnum Kafsae condidit, genealogiam ex Ibn Khaldûno (cod. Mus. Brit. fol. 74.) huc adjicio.

El Zeid
|
Muhammed
|
1. *A'bd Allah* † 465.
|
2. *El Mu'tezz*, *Abu A'mru*

Temim — El Izz (العز)
|
3. *Jahia* — A'li

—— *lin.* 2 *infra.* — *facie pulvere conspersa.* Ibn el Athir (p. 150) hic habet يُمَرِّغ وجهه على الارض

Pag. 101. *lin.* 2 *infra.* — *restitutus.* In textu sine dubio scribendum est اعيد, sicut Ibn el Athir habet..

Pag. 102. *lin.* 19. *El babân.* Locum Ibn Khallican (ed. de Slanii p. ٣١٩) definit: الى البابين عند الاشمونين

Pag. 103. *lin.* 4. Oratio, quae hic exstat, Amalrici valde confusa apud nostrum est. Conferas igitur hanc Ibn el Athiri ejus expositionem (pag. 104) ارسلوا الى ملك الفرنج بالشام وهو مرى ولم يكن للفرنج مذ ظهر بالشام مثله شجاعة ودهآ يستدعونه ليملكها واعلموه خلوّها من موانع وهوّنوا امرها عليه فلم يجبهم فاجتمع اليه فرسان الفرنج وذووا الراى منهم واشاروا عليه بقصدها وتملكها فقال لهم الراى عندى اننا لا نقصدها ولا طمعة لنا واموالها تُساق الينا نتقوى بها على نور الدين وان نحن قصدناها لنملكها فان صاحبها وعساكره وعامة بلاده وفلاحها لا يسلمونها الينا ويقاتلوننا دونها ويحملهم الخوف منّا على تسليمها الى نور الدين ولمن سار له فيها مثل اسد الدين فهو هلاك الفرنج واجلاوهم من ارض الشام ؛

Pag. 104. *lin.* 2 *infra.* *Djurdié.* جُردیک cum Ibn Khallicano (pag. ٣١٠) scripsi.

Pag. 106. lin. 5 infra. — *deinceps misit.* فتتبع in textu h. l. legendum est pro فتابع

Pag. 107. lin. 10. Comes de Flandria. Ibn el Athir كند افلند legit.

CORRIGENDA.

Pag. 3. lin. 9. legendum: *Reinaudii.* Pag. 4. Not. 2 lin. 12. vox وملكيا ante vocem lineae ultimam كلها est ponenda. Pag. 9. l. 12. وكانت l. 15. رُجّارًا Pag. 14. l. ult. تاخر Pag. 15. l. 7. post وحرصه haec exciderunt لغزوه الدوله جناح — l. 13. الفرنج Pag. 16. l. 8. المقدس l. 13. جعبر Pag. 21. l. 2. حماة Pag. 34. l. طرابلس Pag. 38. l. 5. post كامل adde: بن جامع Pag. 52. l. 24. *Damaski.* Pag. 54. l. 5. *Fugatos persequuntur.* Pag. 57. l. 22. *Fakhr.* Pag. 61. l. 9. *Djauli.* Pag. 71. l. 11. *Zebdania* l. 4 infra *Quadraginta septem diebus.* Pag. 78. l. 16. *Basilius.* Pag. 89. l. 2 infra. *Helâlidae.* Pag. 104. l. 2 infra. *Djurdic.* Pag. 117. l. 3 infra. *Franciae.*